BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
23 R
17

4-6. F. 7.

Chalcidij Viri Clariſſimi

Luculenta Timæi Platonis traductio, & eiuſdem argutiſſima explanatio: Auſpicio longe Reuerendi domini Ioānis Lotharingi, Cardinalis: per Nebienſium Epiſcopum in lucem editæ.



Vænundātur in officinis Iodoci Badii Aſcēſii: Cum gratia & priuilegio in triennium proximum.

1520.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

4.- 8.F.7

Aug. Iuſtinianus, ordinis Prędicatorū, Epiſcopus Nebienſiū Ioanni Epiſcopo
Metenſiū & Tullenſiū, ſanctęq; Romanæ eccleſiæ Cardinali Lotharingo. S.

MOuit, & quodammodo cōpulit diligētia me tua ſacratiſſime præ
ſul, qui nuſq̄ non veſtigas abſtruſa, & recondita cū philoſophorū,
tum ſacrorū voluminum: vt lucubrationes illas in Timæum Pla
tonis, antiqui ſcriptoris Chalcidii ad te darem: ꝙ certo ſcirē Chal
cidica lectiōe, multū luminis acceſſurū tuis in primis ſtudiis: quæ
a communibus & vulgaribus remotiora habentur. Is ſiquidem auctor cuncta
pro dignitate & rerum pondere pertractat. Nec eſt in eo (vt vno omnia verbo
dicā) quicq̄ aut amputandū, aut deſiderandū. Liquet vero priſcorū oīm ſapien
tum, varia illum percalluiſſe dogmata. Sed ante oīa videre eſt, q̄ ingenue, q̄ nō
affectate, & oīi remota paſſione de ſingulis loquat̄, nō magis vni q̄ alii addictus
familię: adeo vt ſubinde in dubiū mihi venerit, hebræus ne fuerit, an chriſtianus
Chalcidius, ita ſe gerere mediū inter vtroſq; videt̄. Itaq; viſa eſt mihi huiꝰ lectiōis
maieſtas tantū a iunioribꝰ differre: quātū intereſt, inter prophetarū & oratoꝝ li
bros. Videbis .n. illum egregie reſerare aſtrologica, geometrica, muſica, atq; ari
thmetica: multa vero doctiſſime ꝑcipere, de caſu, de fortuna, de fato, de ꝓuiden
tia, de ꝓſcientia, de libero arbitrio, de ꝑnotionibꝰ, de diuinatione, de eloquētia, de
honore, de regno, de legitima educatione, deq; maximis rebꝰ diuino cōſequendis
auxilio. Sed & de elemētis, de cęlo, de ſtellis, de cometis, de tēpore, de ęuo, de æter
nitate, de aīa, de entelechia, de prima materia, quā ſyluā more Platonicorū vocat,
de ſpeculis, de dęmonibꝰ, de angelis, de hebręis patribꝰ, de eo q̄d Moſſeꝰ ſcripſit
caput rerū, Deus cōdidit cęlū & terrā, de his inquā oībꝰ, docte & eloquēter diſſe
rit. Hæc aūt ſcripſit Chalcidius abhinc mille centū & triginta annis, ad Oſium
Cordubēſem Epiſcopū, q cōcilio ꝑfuit Sardicēſi: vnde nō me magna capit admi
ratio, ꝙ nec genus, nec patriā hoīs reperire potuerim, pręſertim cū liber eius ra
riſſimus eēt inuētu. Sed caue precor ſuſpiceris ſapiētiſſime Antiſtes, exiguo hoc
munuſculo, arbitrari me relatā tibi gratiā pro ſūmis tuis erga me beneficiis, quū
ſuperiore anno Antoniū illū fratrē tuū Illuſtriſſimū Lotharigię Ducē, tui atq; il
lius ſalutādi gratia inuiſerē apud Nouāvillā ditionis veſtrę oppidū. Vos .n. (quę
veſtra fuit humanitas) ea me liberalitate excepiſtis q̄ illos principes vel maxime
decet, q a nō minus ſplēdidis q̄ religioſis regibus genus duxerūt. Fuerūt nāq; ma
iores veſtri (vt cętera omittā, quibꝰ viri clariſſimi aditū ſibi ad īmortalitatē mu
nierunt) munificētia, ſplēdore, gloria, ac religione adeo illuſtres, vt nullis vnq̄ ceſ
ſiſſe videant̄. Q̄d cū pleraq; alia: tum ꝑcipue recepta de Barbarorū manibꝰ Hie
roſolyma, multiſq; demū poſſeſſa annis (facinus certe oīm, quę vnq̄ attētauerūt
Chriſtiani, ꝑclariſſimū) abūde declarāt. Quoꝝ vos, ceu legitimi virtutū paterna
rū hęredes, veſtigia ſecuti, veſtra munificētia ita me vobis deuinxiſtis, ita obliga
ſtis: vt facile cognoſcā, plus me vobis debere, q̄ vllo vnq̄ tempore repoſiturū ſpe
rem. Non enim ita hebeti ſum ingenio, quin intuear vt magnificentiā veſtrā, ſic
exilitatē ab oīi parte viriū mearū. Q̄d ſolū igitur poſſum (vt ille inq̄t) hoc effi
cere conabor, memoriā ſcilicet veſtrorū erga me officiorū quæ iam ī animo meo
penitus inſedit, nulla vnq̄ obliuione elabi ſinam. Vale, Parrhiſiis, Calēdis Martiis,
M.D.XX.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

In Timęũ Platonis Prologus.

IACOBVS ANTIQVARIVS AVG. IVSTINIANO, SALVTEM.

NVnq̃, mehercle, tam occupatus ſum vt non liceat: neq; tam negligens, vt reſpondere nolim iis, qui ad me etiam de leuiſſimis rebus quicq̃ ſcripſerint: & tamen tu homo valde prudẽs, in optimo genere officii erga me tui, pene aliter ſuſpicari videris. Tam vidi priores literas tuas, q̃ nihil. Tam vero cupio, quicquid id fuit, quod interceptũ eſt (Quoniã plurimi ęſtimo, erutam nuper in veſtris montib⁹ pulcherrimã vetuſtatis ſpeciem) cernere, vt quietur⁹ animo non ſim: donec repetita diligenter cura deſcriptũ ad me miſeris epigrãma de veteribus inter Genuates ac Veitutios finib⁹ (hæc enim vocabula a Matthæo Caſtronouẽſi cognoui in ea tabula cõtineri, quæ verſiculos inciſos habebat). Vtq; tam bellam antiquitatẽ rurſus ad me deſcribas, quibus maximis poſſum precibus, contendo. De Chalcidio quod ſcire cupis, explicare nequeo. Auctor tñ tam exiſtimari debet opportunus, q̃ per ignota loca incedẽti neceſſarius eſt, qui viam demonſtret. Vetus enim Platonica philoſophia, vt multitudinis contaminationẽ declinet: atq; diſcentium exerceat ingenia: tota quaſi in quodam inuolucro poſita, deliteſcit. Quare in Timęum, quod de Prometheo fabulę canunt, tanq̃ acceptum de cęlo ignem & lumẽ quoddam Chalcidius inferre non dubitauit, adytum ſacrũ reſerans: in quo rerum maieſtas incluſa tenebatur. Qua ille ętate cõmentarios ſcripſerit, vnde ſit ortus, aut quam vixerit vitam: quoniam hactenus nõ quęſiui: nõ etiã ſatis teneo. Peruestigabo vero, quia ita cupis, diligenter, ſiquid de eo ſit traditum memorię: ne exoſculari minus hois laudem, q̃ pręſtitum ab ipſo beneficiũ cenſeamur vnq̃: quando ingratitudine carere volumus. Vale. Mediolani. XIIII. Septemb. M.D.VII.

Rediit triduo poſt, Matthęus concoenobita tuus, & exemplar attulit optatum lætanti exultantiq;. Debeo inde illi & tibi ſupra ęſtimatum hominũ & opinionem.

IN TIMAEVM PLATONIS PROLOGVS.

CHALCIDIVS OSIO SVO SALVTEM.

SOCRATES in exhortationibus ſuis virtutem laudans: cũ bonorum omniũ totiuſq; proſperitatis cauſam cõſiſtere penes eam diceret: addidit ſolam eſſe, q̃ res impoſſibiles redigeret ad poſſibilẽ facilitatem. Præclare. Quid enim generoſam magnanimitatẽ vel aggredi pigeat: vel cœptum fatiget: vt tanq̃ victa difficultatibus temperet a labore? Eadem eſt, opinor, vis amicitiæ: parq; impoſſibilium pœne rerum extricatio: cũ alter ex amicis iubendi religione: alter parendi voto, complaciti operis adminiculẽtur effectui. Conceperas aĩo florente oibus ſtudiis humanitatis, excellentiq; ingenio tuo, ſpem dignã prouẽtu operis ad hoc tẽpus intẽtati: eiuſq; vſum a Gręcis Latio mutuandũ ſtatueras. Et q̃q̃ ipſe hoc cũ facilius, tũ cõmodius facere poſſes: credo ꝓpter admirabilẽ verecũdiã, ei potius malueris iniungere, quẽ te eſſe alterũ iudicares. Poſſem ne oro te, q̃uis res eẽt ardua, tãto honore habito de quo ita cẽſeres, iniunctũ excuſare munus? Et q nunq̃ ne in ſolennibus quidẽ & vſitatis voluntatibus vllũ officiũ recuſaſſem, huic tãto tãq; honeſto deſiderio cõtradicere? In quo declinatio ſpecioſi muneris excuſatiõe ignoratiõis callida eſſet ſciẽtię futura ſimulatio. Itaq; parui, certus nõ ſine diuino inſtinctu id mihi a te munus iniungi. Proptereaq; alacriore mente ſpeq; cõfirmatiore primas partes Timęi Platonis aggreſſus: nõ ſolũ tranſtuli, ſed etiã partis eiuſdẽ cõmentarium feci: putans recõditæ rei ſimulacrum ſine interꝑtationis explanatione aliquãto obſcurius ipſo exẽplo futurũ. Cauſa vero in partes diuidẽdi libri: opis fuit prolixitas: ſimulq; cautius videbat̃ eſſe ſi tanq̃ libamen aliquod ad deguſtãdum auribus atq; animo tuo mitterem, Quod cum non diſplicuiſſe reſcriberetur: faceret audendi maiora fiduciam.

AMOR

TIMAEI PLATONIS A CHALCIDIO VIRO CLARISS. ET DO-
CTISS. TRALATI PARS PRIMA. INTERLOQVVNTVR, SO-
CRATES, TIMAEVS, HERMOCRATES, CRITIAS. SO.

VNVS, duo, tres: Quartū e numero Timęe, veſtro reqro, q
heſterni quidē epuli cōuiuę fueritis, hodierni p̄bitores in-
uitatoreſq;, ex cōdicto reſideatis. TI. Lāguor eū repēte, vt
fit, ortus morat̄. Neq;. n. ſpōte ſe tali cœtu tātęq; rei tracta
tu & cōmunione fraudaret. SO. Ergo tui & itē horū erit
officii cōplere id qđ deeſt participis abſētia. TI. Aequū po
ſtulas, deniq; enitemur oēs ꝓ virib9: neq;. n. fas eſt laute ac
ceptos heri, minoris tibi appatus rep̄ſentare cōuiuiū. SO.
Tenetis certe mēoria p̄ęſcriptā vobis tractatus normulā
TI. Partim tenem9, in q̄bus porro nutabit mēoria: p̄ſens ipe in tpe ſuggeres: imo
niſi ſit moleſtū, breuiter ab exordio dicta demū retexe: quo digeſtus ordo ſolide-
tur. SO. Ita fiet. Cardo (ni fallor) heſternę diſputationis res erat publica: qualis
mihi quibuſq; inſtitutis, & ciuiū moribus videretur optima. TI. Nobis certe qui
audiebamus o Socrates, ad arbitrium probata. SO. Quid illud? nonne inter ini-
tia agrorū cultores cęterarumq; artium profeſſores a deſtinata bellicis negotiis
iuuentute ſecreuimus? TI. Sic factū eſt. SO. Tributo nempe cæteris quod vni-
cuiq; eximiū a natura datū eſt: ſolis iis q pro ſalute oim bella tractarent: vnū hoc
munus iniūximus ꝓtegendę ciuitatis: vel aduerſū externos, vel aduerſum inteſti-
nos ac domeſticos hoſtes: mitib9 quidē iudiciis erga obediētes: vtpote cōſangui-
neos naturaq; amicos: aſperis aūt cōtra armatas acies in cōgreſſionib9 martiis.
Biformi ſiquidē natura p̄ditos: in tutela patriæ, ciuiūq;, ferociore: porro in pacis
officiis religiōe ſapiēti: ꝑptereaq; mites ſuis, aduerſū alienigenas feroces. TI. Me-
mini. SO. Quid? Huiuſipius ancipitis naturę magiſteriū: & quaſi quādā nutrica
tionē: nōne in exercitio corpoꝝ gymnaſiorūq; luctamine: aīorū itē placiditatē cō
ſtituebam9 in delinimētis & affabilitate muſicę, cęterarūq; iſtitutionū, quas ado
leſcētes ingenuos ſcire par eſt? TI. Procul dubio. SO. At vero hac educatiōe altis,
auri argētiq; & cęterę ſupellectilis poſſeſſionē cuiuſq; ꝓpriā nullā eē aut exiſtiari
licere p̄diximus: ſed ſola mercede cōtētos: exhibētib9 quorū ſalutē tuerent̄, vti cōi
ter tāta q̄ ſit ſatis: occupatis erga cuſtodiā cōis ſalutis: & a certa functiōe operis
ceſſantib9. TI. Dicta hęc oia in hūc modū ſūt. SO. De fœminis quoq; opinor ha
bitā mētionē: ꝗ ſimiles eiuſdēq; naturę maribus cōueniat effingi, ſine vlla morū
differētia: quo vterq; ſexus iiſdē & cōib9 inſtitutis regat̄. Quid de ꝓcreādis ſuſ
cipiēdiſq; liberis? An vero hoc ita vt cętera q̄ p̄ter opinionē hoim cōſuetudinēq;
vitę dici vident̄, mēorabile viuacioriſq; tenacitatis de exiſtimādis cōib9 nuptiis:
cōiq; ꝓle: ſi ſuos qſq; mime internoſcat affectus, ꝑptereaq; oib9 oēs cōſanguini-
tatis exhibeāt religionē: dū ęquales qdē fratrū & ſociorū charitate beniuolētiaq;
ducunt̄: maioribus vero parentū religio: eorūq; antiqoribus, auoꝝ exhibeat̄ atq;
atauorū reuerētia: infraq; filiis & nepotib9 debita charitas atq; indulgētia cōua
leſcat? TI. Hęc quoq; facilia mēoratu: & a nobis retinent̄ optime. SO. Quid illud
ꝗ ſine odio & ſine ęmulatiōe nubētiū meliorib9 ꝓcis meli9 moratę virgīes ſorti
to obueniāt: iferiores porro inferiorib9? Nō tenetis ſaluberrimā ſortis fraudē cu
rātib9 i vtroq; ſexu p̄fectis nuptiaꝝ: quo ſuā qſq; fortunā ſortis iproſperā culpet:

BIBLIOTECA NAZ. ROMA V. EMANUEL

† prelatio nec † ꝑlationē doleat alterius? TI. Hoc quoq; mēoria tenemus. SO. Illud etiā † ꝓ
ne. mulgatū puto, lectorū fœtus parentū, ſūma cura, vtpote naturale priuilegiū boni
† prouul tatis ꝑferētes, in pṛia alēdos. TI. Id ipm̄. SO. Ceteros ablegādos, ſed cuidā vſui fu
gatum. turos patriæ ꝓceſſu ætatis, nihilo remiſſiore cura habēdos. Notanda pueritię: &
item adoleſcētiæ merita: quo tam ex ſecūdi ordinis populo ꝓuehantur ad primū
ordinem propugnatorū qui merebuntur, ꝗ ex iis qui a parentū virtute degene
rarint: ad ordinē ſecūdę dignitatis relegent. Ecquid ergo Timęe, ſatis videtur fa
ctum recepto, cūctis partibus orōnis heſternę, licet ſtrictim cōpēdioq; decurſis,
an aliquid etiā vultis addi? TI. Nihil ſane. SO. Sciſne igitur quid ego de iſta rep.
ſentiam, q̄due & q̄tum animi deſideriū feram? TI. Quid illud? SO. Vt ſiquis viſis
aīalibus eximię pulchritudinis ac venuſtatis, pictis, vel viuentibus quidē: ſed im
mobiliter quieſcētibus: motus, actuſq;, & certamen aliquod eorū ſpectare deſide
ret: ſic ego nūc vrbis informatę adumbratūq; ſermone populū, agentē aliquid cū
finitimis ciuitatibꝰ in pace aut bello dignū tanta fama & educatiōe, magna qua
dā expectatione depoſco. Quippe fateor o Critia & Hermocrate, nō eū eſſe me,
† poſſit. qui tantā indolē digne laudare † poſſim. Nec mirū nō poſſe me: qn̄ nec veteres q
† aucto dem † oratores: vel ꝑſentis ſeculi poetas poſſe cōfidā. Nō q̄ contēnā poeticā † cā
res. tionē: ſed q̄ euidēs perſpicuūq; ſit imitādi peritos ea demū ęmulari poſſe ꝑfecte:
† nationē quorū ab ineūte ętate habeāt vſum experientiāq;: & in qbus ꝓpemodū ſint edu
cati. At vero incogniti moris ꝑegrinęq; inſtitutiōis, imitationē, effictā pręſertim
† q̄q̄. orōne ſeu verſibꝰ, ꝑclaris licet, ꝑſtantibuſq; ingeniis eē difficilē. Sophiſtas † quoq;
verborū agmie, atq; ſermonis inūdatione beatos iudico. Vereor tn̄ ne vt ſunt va
† philoſo gi palanteſq; nec certis ꝓpriiſq; ſedibꝰ ac domiciliis: † philoſophorū mores, & in
phos. ſtituta ciuilis prudētię, nec cōiectura qdē aſſeq valeāt: nec demōſtrare ceteris cu
† imbecil iuſmodi debeāt eē officia pacata: & itē † i bellis fides ꝓuecti ad ſapiam ppl̄i. Sup
lis. eſt igitur ſolū veſtrę eruditionis ingeniū nutritū cura publica, philoſophięq; † na
† natura turali ſtudio flagrās. Siquidē Timęus iſte ex Locris q̄ vrbs Italiæ flos eſt, nobili
lis. tate, diuitiis, rerū geſtarū gloria facile princeps: idēq; ad hoc tēpus arcē obtinet
amoris ſapię. Critiā vero vtpote ciuē, ſcimus in ſtudiis oībus apprime vigere. De
Hermocratis porro natura educatione facta, & accōmodata rebus iis de qbus
agimus explicādis: dubitare nullū puto. Ideoq; vobis iubētibꝰ heſterna die facile
parui: quęq; mihi viſa ſūt de publicis rebꝰ diſſerēda ipigre ſū executꝰ: illud cogi
tās, reliquas ꝑtes inſtituti opis a nullo alio cōmodiꝰ poſſe explicari. Deniq; † iple
† expleto, to cōpetēter officio finitoq; ſermone, cōtendi a vobis quoq; mutuū fieri: voſq; i
peratū munus recepiſtis: & adſū vt videtis, ꝑatus ad deſpōſam dapē. HER. Nos
quoq; oēs, vt pollicitꝰ eſt mō Timęus, iniunctū nobis a te munus ꝓ viribꝰ exeq
mur: ꝑſertim cū nulla excuſādi cōpetat rō. Nāq; & ꝑterito die mox cōuētu ſoluto
cū ad hoſpitiū rediremꝰ: quo ſuſcepti a Critia ſumus: & ibidē poſtea de ipa re ha
buimus tractatum nō otioſum. Hic igitur nobis ex hiſtoria vetere narrationē re
cenſuit: quā velim Critia repetas: vt cum cognouerit Socrates, ęſtimet ſit ne fu
tura vtilis, ad imperatæ remunerationis effectum. SO. Sic fieri cōuenit: ſi tertio
conſorti muneris Timæo non aliter videtur. CRI. Audi o Socrates miram qui
dem ſed plenā fidei veritatiſq; rem: vt e numero ſeptem ſapiētium primarius ille
Solo recenſebat: quē aui mei, & conſortis in noīe Critię fuiſſe aiūt admodū fami
liarē. Quo referente puer ego accepi res geſtas huius vrbis memorabiles, diutur

nitate interituqꝫ hoim adnullatas euanuiſſe:inter quas vnã pręter cęteras illuſtrẽ
cuius fiet cõmemoratio : quo tam penes te gratia collocetur,q̃ debita deę, cuius
hodierna põpa eſt,inſtauretur veneratio.Narrabat ergo grandis natu,vt qui ad
nonageſimũ iã appropinquaret annũ,me tunc agente annũ decimũ:publicis ceri
moniis,celebri die,orta cauſa cõmemorationis ex Solonis verſuũ cantilena.Erat
enim ſolẽne familiæ noſtræ feſtis diebus nos pueros ad certamen memorię ꝓpo
ſitis inuitare præmiis puerilibus. Multis ergo carminibus tam veterũ q̃ nouorũ
poetarũ memoriter pronũciatis:inter quæ Solonis aliquãto pluribus, vt quę no
uitas cõmẽdaret ad gratiã:memini quendã:ſiue ꝙ ita iudicaret: ſiue ꝙ vellet Cri
tian promereri,dixiſſe plane, Solonẽ videri ſibi nõ ſolum prudẽtia cæteris laude
dignis:ſed etiam carminibus pręſtitiſſe.Igitur ſenex(valde enim memini) læta-
tus eximie:quid:ſi nõ perfunctorie:ſed dedita opera poeticã fuiſſet(inqt)execu
tus Solo,mi Aminãder:vel ſermonẽ quẽ ab ęgypto reuerſus inſtituerat,adipleſ-
ſet:a quo quidẽ ſeditiõibus cæteraqꝫ intẽperie ciuilis diſſenſionis impediẽte,† de † Aľs de-
ſciuit.non opinor minorẽ Heſiodo vel Homero futurũ fuiſſe.SO.Quiſnam iſte ferbuit,
fuit o Critia ſermo:vel qua de re inſtitutus:CRI.De maximo & famatiſſimo ti- aľs deſti-
tulo eximiæ virtutis quã geſſit hęc ciuitas: cuius memoria extincta eſt tam mor tit.
te eorũ qui geſſerunt:q̃ impẽdio tẽporis.SO.Dic quęſo Critia: quod opus illud
& quatenus actũ,& a quibus cõpertũ, Solo tuus recenſebat.Eſt (inqt Critias)
regio Aegypti Delta: cuius e vertice,Nili ſcindũtur fluenta.iuxta quã Sais noie
ciuitas magna:quam regit mos vetꝰ,lex Saitica nũcupatus.Ex hac vrbe Amaſis
fuit Imperator,conditrix vero vrbis dea ægyptiaca lingua cenſetur Neuht:græ
ca dicitur Athena.Ipſi porro hoies amatores ſunt Athenienſiũ,iſtiuſqꝫ vrbis † co † Aľs co-
gnomine ſe nobilitari pręſe ferunt.Quo Solo profectum ſe ſatis hoſpitaliter ho- gnatione.
noratum eſſe referebat:expertumqꝫ liquido ꝙ de vetuſtatis memoria nullus no-
ſtræ nationis vir: ne tenuẽ quidem habeat ſcientiã. Deniqꝫ cum in conuentu ſa-
cerdotum,penes quos pręcipua ſit memoria vetuſtatis: eliciendi ſtudio quæ ſci-
rent, verba faceret de antiquiſſimis hiſtoriis Athenarum , Phoroneo & Niobe:
poſtqꝫ inundationẽ mũdi de Pyrrha & Deucalione docte ſtudioſeqꝫ ꝓſequi per
geret:proſapiam renouatæ gentis humanæ vſqꝫ ad memoriã parẽtum:annoruqꝫ
numerũ recẽſeret: irriſum ſe eſſe dicebat a quodã ex Sacerdotibus qui diceret.o
Solo,Gręci pueri ſemꝑ eſtis:nec quiſq̃ eſt in græcia ſenex. Cur ita diceret percũ
ctato Solone:quia rudi nouellaqꝫ eſtis mẽoria ſemꝑ:nec eſt(inqt) vlla penes vos
cana ſcia.Nec imerito.Multę qppe neces hoim partim cõflagratione:partim inũ
dationibus vaſtantibus acciderunt. Deniqꝫ illa etiam fama:quę vobis quoqꝫ cõ-
perta eſt:Phaethontẽ quõdã ſolis filiũ, affectantẽ officiũ patris currus aſcẽdiſſe
luciferos:nec ſeruatis ſolẽnibus aurigationis orbitis exuſſiſſe terrena: ipſumqꝫ flã-
mis cęleſtibus conflagraſſe:fabuloſa quidẽ putatur,ſed eſt vera.Fit eni longo in-
teruallo mũdi circũactionis exorbitatio: quã vaſtitas inflãmationis cõſequatˀ ne-
ceſſe eſt. Tũc igitˀ ii q in ſiccis & editis locis mãſitãt:magis pereũt:q̃ vicini litto-
ribus aut fluuiis. Nobis porro.Nilus cũ in pleriſqꝫ rebus ſalutaris, tũ aduerſum
hmõi pericula meatu irriguo perẽniqꝫ gurgite obiectus,arcet exitiũ. Item cũ ter
ra erit hũore ablũẽda,paſtores qdẽ vrĩ mõtiũ edita capeſſẽtes,periculo nõ cõtin-
guntˀ.At vero ciuitates i planitie ſitę cũ populis ſuis rapiũtˀ ad maria.Quibꝰ ꝑi-
culis regio iſta minime cõtingitˀ.Nõ.n.vt i cęteris regiõibꝰ, hũor i planitiẽ ſup-

ne manat:ſed ex imo per eandem planitiem tranquillo reditu ſtagnis detumeſcē-
tibus remeat.Quę cauſa, monimentorū publicorū & priuatorum perſeuerantiā
nutrit:ſtudioſeq; tam noſtrę nationis rerū geſtarū memoria q̃ cęterarū gētium
quas vel fama nobis per cognitionē tradit,deſcripta:tēplorum cuſtodiis cōtinet᷑.
Apud vos & cęteros nūc plane,& nuper, refectę monimētorū ædes: ictæ cęleſti
demū liquore procūbūt: inuolutęq; literis publicis cū antiquioris hiſtorię memo
ria diſſipātur, vt neceſſe ſit nouo initio vitæ: nouoq; populo nouā condi memo-
riam literarū.Qua ratione fit,vt neq; res veſtras ꝓprias antiquas:nec aliorū ſcia-
tis.Eaq; ipſa quę recenſere memoriter arbitrabare, nō multū diſtent a puerilibus
fabulis. Principio ꝙ vnius modo memineris inūdationis:cū infinitæ ꝑceſſerint:
deinde ꝙ optimū veſtrorum genus maiorū neſciatis: ex quo tu & Atheniēſes cę
teri facti eſtis:exiguo ſemine tunc ſuperſtite publicæ cladi.Fuit eni olim Atheniē
ſium ciuitas longe cæteris pręſtans morū bonitate ac potētia viriū,belloq; ac pa
ce memorāda,eiuſq; opera magnifica:omnē, ſicut nos accepimus, q̄uis præclarę
glorię illuſtrationē obumbrantia. Tum admiratū Solonem orare atq; obſecrare
vt ſibi omnia ſacerdos de veteribus ciuibus reuelaret:& reſpōdiſſe illū:Nulla eſt
inuidia,pręſertim cū tibi mos gerendus,& honor debitus amicę ciuitati referen
dus:& id cogat me facere veneratio deę, quæ vtrāq; vrbem condidit: educauit:
inſtituit:priorem veſtrā annis fere mille ex indigete agro & Vulcanio ſęmine,po
ſteriorē hanc noſtram octies mille annis poſt,vt ſacris delubrorum apicibus cō-
tinetur.De his ergo maiorib9 veſtris audies o Sōlo:qui ante nouē millia annoꝝ
vixerūt:qbus ſint vſi legib9,q̄q; āplis,& q̄ ꝑclaris facinorib9 nobilitati. Si ꝓba-
tionē deſiderabis:poſt ex otio ſacras literas recēſebimus. Ac primū leges ituere.
Forſan eni reperies multa indicia germanitatis,vel ꝙ ſacerdotiis ꝑditi,ſeparatim
a cętero populo manent:ne cōtagione aliqua profana,caſtitas polluatur:vel ꝙ va
ria opificii genera ita inter ſe diſcreta ſunt:vt ꝓmiſcue nullus operet᷑.Paſtores vè
ro & item penes quos eſt venādi colēdiq; ruris exercitādiq; ſciētia:diſparatas ha
bent ſedes,a propugnatorū armatęq; iuuētutis caſtris & inſignibus. Ipſorūq; in
ſigniū idem vſus & differētia tam hic, q̄ apud vos etiā nūc habetur:clypeorum
tegmen:thoracū indumenta:iaculorū amētata miſſilia.Prudentiæ vero curā vbi
maiorē leges habendā ſanciūt᷑Aut honeſtas apud quos tantā dignitatē obtinet
in vitę muneribus & officiis᷑Quid diuinatio᷑Quid medela᷑Nōne ad homies in
ſtinctu cōditricis deę cōmearunt᷑Hac quippe exornatione priorē vrbem veſtrā
ſepſit honeſtauitq;Numen illud qđ cōdidit:electo ſalubri,ſubtiliūq; ingeniorū &
prudētię feraci loco. Quippe bellicoſa & ſapiens dea regionē talem cēſuit eligen
dam, quæ ſui ſimiles viros eſſet editura.His ergo legibus vel honeſtioribus etiā
inſtitutis ad oēm virtutē eruditi veteres Atheniēſes: vtpote q diuinæ proſapiæ
germani, maximis & vltra humanę glorię captū titulis laudū nobilitati ſunt.e q
bus vnū eminēs & ꝑdecorū facinus in monimentis veteribus inuenimus: imanē
quandā iniuriis,& inexpugnabilē numero manū:q̄ prope iam cūctā Europā atq;
Aſiam ſubegiſſet,a veſtris legionibus eſſe deletā:ex Athlantico mari bellū oibus
gētibus,& nationibus inferentem. Tūc eni fretum illud,opinor, erat cōmeabile:
habēs in ore,ac in veſtibulo ſinus inſulā: qđ os a vobis Herculis cēſentur colum
næ.Quę quidem inſula fertur maior aliquanto fuiſſe q̄ Libya atq; Aſia. Simul
ergo per eam perq; cōtiguas alias inſulas iter tunc illud agentibus,commeatus

patebat vſq; ad defectum inſularum & initiũ terræ continentis.vicinæ vero ma-
ri: quippe hoc intra os ſiue Herculeas columnas fretum anguſto quodam litto-
re,in quo etiam nũc veteris portus apparent veſtigia,diuiditur a continenti. At
vero illud pelagus immenſæ atq; inæſtimabilis magnitudinis,verum eſt mare.
Igitur in hac Atlantide inſula maxima & admirabilis potentia Regum exti-
tit: omnẽ inſulam finitimaſq; alias obtinentium:dominantiumq; maximæ parti
continentis.Siquidem tertię parti mundi,quę Libya dicitur,vſq; ad Aegyptum
imperarunt:Europę vero vſq; ad Tyrrhenum mare.Quę quidem vis potentiaq;
collecta,& armata noſtrã o Solo, veſtramq; regionem, hoc amplius, eas gentes
quæ intra Herculis columnas conſiſtunt adoriri & expugnare geſtiit.Tunc er-
go veſtrę ciuitatis virtus vltra omnẽ gloriã enituit:q, pro cõmuni oim ſalute ac
libertate deſperantib9 deſerentibuſq; metu cõmunẽ cuſtodiam cęteris cunctis,
magnitudine animi bellicisq; artibus adſecuta eſt:vt per extrema diſcrimina erũ
pens:hoſtes humani generis primo fugaret:deinde funderet: libertatẽ ſubiuga-
tis redderet:intactos in ſua genuinaq; libertate conſeruaret.Neq; ita multo poſt
accidit:vt motu terrę & illuuione diei noctiſq; iugi,pclara illa veſtra militaris iu-
uentus periret: & Atlantis inſula tota ſine indicio prioris exiſtẽtię ſubmergerẽ
tur:niſi q, pelagus illud pigrius q̃ cætera,craſſo dehiſcentis inſulę limo & ſuper-
ne fluctibus concreto habetur.Hæc ſunt o Socrates, quæ Critias vetus a Solo
ne ſibi relata & expoſita narrauit. Sed cũ ſuperiore die de rebuſp. deq; pacatis
officiis militaribuſq; tractares:ſubiit quædã me ex recordatione miratio:nõ ſine
deo dici quæ diceres.Siquidẽ quã cõſtituebas oratione remp. eadem aut certe
proximę ſimilitudinis videretur ei quã ex Critię relatione cõpereram.Reticui ta
men veritus,ne ſi quęſitũ aliquid a me foret:dehinc obliuiõis incõmodo minime
expedirẽ,ridiculus eſſem:maluiq; de memoria apud memetipſũ prius experiri:
ex quo factum eſt vt cito conſentirẽ imperio tuo:q, confidebã facile me,ſi recor-
datiõe memoriã exercuiſſem,poſſe reminiſci.Itaq; vt hic modo dixit: tam heſter
no die poſt digreſſum protinus ad pręſentes retuli,q̃ nocturnis vigiliis ſcrutabũ
dus oia recuperaui:Certũq; illud expertuſſum:tenaciorem eſſe memoriã rerum
quæ in prima diſcuntur ætate.Quippe haud confidam quę pridie audierim: an
referre poſſim poſtridie:cum quę puer cognouerim incolumi memoria plane re
texã.Niſi forte maior in illa ætate cognitionis delectatio altius infigit mentibus
inſita.Fors etiam q, ſtudioſa ſenis & aſſidua relatio meracã quandã & inobſole-
tam impſſerit animo notam.Quare:vt id,ad quod oia pertinent quæ dicta ſunt,
eloquar:dicere ſum paratus.Non vt narrationẽ retexam: ſed vt rempu. & popu
lum ſermone Socratis heſterna diſputatione adumbratũ:non picturatam effigiẽ
beatę ciuitatis,ſed vere beatã ciuitatẽ, & vnum populum quondã fuiſſe,propu-
gnatoreſq; quos iſte inſtituebat ad tolerantiam laborum,virtuteq; animi gymna
ſiis & muſica mãſuetudine,maiores noſtros fuiſſe:quos ille ſacerdos Aegyptius
prædicaret:quãdo facta eorũ,nutrimẽtis ab hoc memoratis,inſtitutiſq; cõueni-
ant.Imperato quippe nobis a Socrate non aliter ſatiſfieri poſſe arbitror:niſi con
ſenſu oim participum officii recepti probabitur illã quã vario ipſe ſermone de-
pinxit Vrbẽ:veteres Athenas fuiſſe.Quare tu Socrates remuneratiõe huiuſce-
modi fieri cõtent9 æſtima.SO. Nullã vero aliã Critia magis approbo q̃ iſtã ip-
ſam quæ ꝓpria eſt pręſentiũ feriarũ. Magnificũ vero illud,nõ fictã cõmẽtitiaq;

fabulã:ſed verã hiſtoriã vitę poſſibilis fato quodã a me veſtris animis intimatã.
Qua re fortuna proſperante pergite iter inſtitutę orationis:ego vt ꝓbum audi-
torem decet attento ſilentio mentem atq; aures parabo. Cri. Etiam ne conſide-
ras,o Socrate ſi eſt commoda diſpoſitio debiti apparatus tibi. Placuit enim no-
bis Timæum quidem vtpote in aſtronomia cęteris eminentem naturæq; rerum
arcana rimatum principe loco dicere,orſum a mundi ſenſilis conſtitutione: vſq;
ad hominũ genus generationẽq;.me vero ſuſceptis ab hoc hominibus eiuſdem
oratione formatis,tua porro ad egregiã frugem imbutis & eruditis:ſanctiori le-
gum moderamine,iuxta Solonẽ vero:vel ſacros Aegyptiorũ libros reuocare ci-
ues clariſſimos veteres.& ante hos cõſtituere ſpectaculũ venerabile populi: quẽ
inundatione ſubmerſum profundo maris, Aegyptiorum monimentorum fama
celebrauit.Atq; ita vt de maioribus noſtris,ſermonẽ contexere.SO. Nę ego ma
gnifice ſum inuitatus hodie:vt ex ordinatione apparatꝰ intelligi datur.Ergo age
o Timęe,deliba cœptũ:vocata vt mos eſt,in auxilium diuinitate.TI.Vere mi So
crate.Nam cum omnibus mos ſit:& quaſi quędã religio:qui vel de maximis vel
de minimis rebus acturi aliquid ſunt, precari ad auxilium diuinitatẽ: quãto nos
æquius eſt:qui vniuerſitatis naturę ſubſtantięq; rationẽ pręſtaturi ſumus, inuo-
care diuinã opem:niſi plane ſæuo quodã furore atq; implacabili raptamur amẽ-
tia. Sit igitur meis precibus comprehenſum,maxime quidem: vt ea dicantur a
†Cõſequẽter. nobis quę placeant deo: tum vt nobis quoq; ipſis † cõuenienter,propoſitoq; ope
ri decẽter profemur.& quatinus vos quidẽ facile aſſequamini.Ego iuxta antici-
patam animo,ſpeciem orationis expediam.

A ESt igitur(vt mihi quidẽ videtur)in primis diſſerendum: quid ſit quod
ſemper eſt carens generatione:quid item quod gignitur:nec ſemper eſt.
Alterum intellectu perceptibile ductu & inueſtigatione rationis,ſemper
idem.Porro alterum opinione cũ irrationabili ſenſu opinabile,ꝓpterea q; incertũ
naſcens & occidens:neq; vnq̃ in exiſtenti conditione conſtãti & rata perſeuerãs.
Omne aũt quod gignitur ex aliqua cauſa neceſſario gignitur.Nihil enim fit cu-
ius ortum nõ legitima cauſa & ratio pręcedat. Operi porro dat formam opifex
ſuus,quippe ad immortalis quidem & in ſtatu genuino perſiſtentis exẽpli ſimili-
tudinem atq; æmulatione formans operis effigiem, honeſtũ efficiat ſimulacrũ,
neceſſe eſt.At vero ad natiuum reſpiciens,generatumq; contemplãs minime de-
corum.Omne igitur cœlum vel mundus: ſeu quo alio dignatur nomine (Facien
dũ eſt eñ quod in omni tractatu fieri decet:vt inter initia conſideretur: quid ſit
quo de agitur:item mundus fuerit ne ſemꝑ citra exordium tẽporis:an ſit origi-
nis ſortitus ex tẽpore,conſiderãdũ) factus eſt:vtpote corporeus:& qui videatur
atq; tangat:meta eſt ſiquidẽ huiuſmodi ſenſilis corporeęq; naturę. Senſilia por-
ro ea quę opinio ſenſu aliquo cõmota pręſumit:eaq; omnia facta ſunt, habentq;
ex aliqua generatione ſubſtantiam.At vero ea quę fiunt, habere auctorẽ ſuũ con
ſtitit.Igitur opificem genitorẽq; vniuerſitatis tam inuenire difficile eſt, q̃ inuẽtũ
impoſſibile digne profari.Porro non eſt dubium ad cuiuſmodi exemplũ animad
uerterit mundani operis fundamenta conſtituens:vtrũ ad imutabile perpetuãq;
obtinens proprietatẽ,an ad factũ atq; elaboratũ. Nã ſi eſt(vt quidẽ eſt)pulchri
tudine incõparabili mundus, opifexq; & fabricator eius optimus: perſpicuũ eſt
ꝙ iuxta ſyncerę atq; immutabilis ꝓprietatis exẽplũ mundi ſit inſtituta molitio.

Sin vero, quod ne cogitari quidem aut mente cõcipi fas eſt, ad elaboratũ: quod
cum ſit rationis alienum, liquet opificem deum venerabilis exempli normam in
conſtituẽdo mundo ſecutum: quippe hic generatorum omnium ſpecioſiſſimus:
ille auctor maximus operiſq; ſui ratione prudentiaq; iis quæ exiſtunt eadem ſem-
per, accommodatus: imago eſt, opinor, alterius. Et quoniam rationẽ originis ex-
plicare non eſt facile: diſtinguendę ſunt imaginis exempliq; naturæ. Cauſæ, quæ
cur vnaquęq; res ſit, oſtendunt: earũdem rerum conſanguineæ ſunt. Itaq; con-
ſtantis quidem generis ſtabiliſq; naturę: & intellectus prudentiæq; perſpicuę rei,
cauſa & ratio conſtans perſpicuaq; & inexpugnabilis reperitur. At vero eius q̄
ad ſimilitudinẽ conſtantis perpetuæq; rei facta eſt ratio: vtpote imaginis imagi-
naria: ſimulacrumq; rationis: perfunctoriam ſimilitudinem mutuatur. Quanto
q; melior eſt eſſentia generatione, tanto famę & opinionis incerto pręſtantior ve-
ritas. Quare iã nunc o Socrate prædico: ſi dum de natura vniuerſę rei diſputat:
minime incõcuſſas & inexpugnabiles ratiões afferre valuerim: ne mireris. Quin
potius illud intueare: ſi nihilo minus q̄ quiuis alius: conſentaneas rationes afferã.
Memento enim tam me qui loquor, q̄ vos qui iudicatis, homines eſſe: atq; in re-
bus ita ſublimibus mediocrem explanationem magni cuiuſdam eſſe onus labo-
ris. SO. Omnes tibi o Timæe veniam largimur volentes: & tamen principium
orationis admiror. Supereſt vt leges quoq; ſacri certaminis exequaris. TI. Di-
cendum igitur cur rerum conditor fabricatorq; genituræ omne hoc inſtituen-
dum putauerit. Optimus erat: ab optimo porro longe relegata eſt inuidia. Itaq;
conſequenter cuncta ſui ſimilia prout cuiuſq; natura capax beatitudinis eſſe po-
terat: effici voluit. Quam quidem voluntatem dei originem rerum certiſſimam
ſi quis ponat: recte eum putare conſentiam. Volens ſiquidẽ deus bona quidẽ oia
prouenire: mali porro nullius, prout eorum quę naſcuntur, natura fert, relinqui
propaginem: omne viſibile corporeumq; motu importuno fluctuans: neq; vnq̄
quieſcens: ex inordinata iactatione redegit in ordinem: ſciens ordinatorum for-
mam confuſis inordinatiſq; præſtare. Nec vero fas erat bonitati pręſtanti quic-
q̄ facere: niſi pulchrum: eratq; certum diuinitati tantę, nihil eorum quę ſentiun-
tur hebes dũtaxat nec intelligens, eſſe melius intelligente. Intellectũ porro nõ ni-
ſi animæ prouenire. Hac igitur reputatione, intellectu in anima, porro anima in
corpore locata: totum animantis mundi ambitum cum veneranda illuſtratione
compoſuit. Ex quo apparet ſenſilem mundum animal intelligẽs eſſe diuinę pro-
uidentiæ ſanctione. Hoc ita poſito: quæ ſequuntur expedienda ſunt. Ad cuius
animantis ſimilitudinem conſtituerit eum ſuus conditor? Speciali quidem ne-
mini ſimilem. Siquidẽ perfectio in genere non in ſpecie: ꝓpterea q; mũdus imp-
fectę rei ſimilis, minime perfectꝰ eſſet. At vero eius in quo omnia genera & qua-
ſi quidã fontes continentur aialium intelligibiliũ. Siquidẽ animaliũ genera mun-
dus alter cõplectitur: perinde vt hic nos: & cætera ſubiecta viſui: & cęteris ſenſi-
bus. Ergo intelligibili ſubſtãtiæ pręcellenti principaliq; naturæ omnifariã quoq;
perfectę deus opifex gigni ſimile volẽs, ſenſile aial vnũ & viſibile cõſtituit: naturę
ſuæ cõuenientia cuncta quę vita fruuntur intra conſeptum & limitem ſuũ conti-
nens. ¶ Nunc vtrum recte vnum mundũ dixerimus an plures dici oportuerit: B
aut innumerabiles: etiã conſiderandũ eſt. Vnum plane: quoniã iuxta vnum exem-
plum formatus eſt, Id enim quod vniuerſa cõtinet intelligibilia cum alio ſecundũ

eſſe non poterat. Vtrum enim ex duobus cõtineret omnia: nõ (opinor) liqueret:
nec eſſet vnum nec ſimplex initium cuncta continens, ſed coniugatio copulata.
Vt igitur exemplari cuius ęmulationẽ mutuabatur, etiam in numero ſimilis eſ-
ſet: idcirco nec duo nec innumerabiles mũdi: ſed vnicus a Deo factus eſt. Et quia
corpulentus viſibiliſq; & contiguus merito erat futurus: ſine igne porro nihil vi-
ſibile ſentitur: nec vero quicq̃ tangi poteſt ſine ſoliditate: ſoliditas porro nulla ſi
ne terra: ignem terrãq; corporis mũdi fundamẽta iecit Deus. Quoniamq; nulla
duo ſine adiunctione tertii firme & indiſſolubiliter cohęrent: nexu enim medio
extrema nectente opus eſt: nexus vero firmiſſimus ille certe eſt qui & ſeipſum &
quæ ſecum vinciuntur facit vnum: hoc porro efficit modus & congrua menſu-
ra partium. ¶ Cum enim ex tribus vel numeris vel molibus vel vlla alia potentia
medietas imo perinde quadrat vt ſummitas medio: rurſumq; vt imũ medio: ſic
medietas ſummo, tum certe medietas a ſummo & item imo nihil differt: rurſum
q; extimis illis ad medietatis conditionẽ atq; eiuſdẽ parilitatẽ redactis: cũ medie
tas quoq; extimorũ vicẽ ſuſcipit: fit (opinor) vt tota materia vna & eadẽ ratio-
ne ſocietur. eoq; facto eadẽ ſibi erunt vniuerſa membra: quippe cum eoꝝ ſit vna
C cõditio. Vnis porro effectis mẽbris: vnũ erit atq; idẽ totũ. Quare ſi corpus vni-
uerſæ rei longitudinẽ & latitudinẽ ſolas, craſſitudinẽ vero nullã habere deberet,
eſſetq; huiuſmodi qualis eſt ſolidoꝝ corporũ ſuperficies: vna medietas ſufficeret
ad ſemetipſam vinciẽdã & extimas partes. Nũc quoniã ſoliditate opus erat mũ-
dano corpori: ſolida porro nunq̃ vna ſed duabus medietatibus vinciuntur: idcir
co mundi opifex inter ignem & terram: aera & aquã inſeruit, libratis iiſdem ele-
mentis ſalubri modo: vt quæ cognatio eſt inter ignem & aera, eadem foret inter
aera & aquã. Rurſum quę inter aera & aquã, hæc eadẽ in aquę terræq; ſocietate
cõſiſteret. Atq; ita ex quatuor ſupradictis materiis pręclarã iſtã machinã viſibilẽ
cõtiguãq; fabricat⁹ eſt amica partiũ æquilibritatis ratiõe ſociatã, quo imortalis
D indiſſolubiliſq; eſſet aduerſus oẽm caſum, excepta ſui fabricatoris volũtate. Igit̃
quatuor illa corpora integra: & ſine vlla delibatiõe ad mundi cõtinentiã ſumpta
ſunt. Ex oĩ quippe igni & itẽ ex totis illis reliquis aere, aqua, terra, cõſtructus eſt,
nulla vel corporis vel potentiæ parte derelicta cõtẽptaq;: propterea vt perfectũ
animal: vtpote ex integris corporibus perfectiſq; cõflatum: hoc amplius vt ęter
nę compos incolumitatis foret. Videbat enim eam eſſe naturã corporis: vt ei fa-
cile importuna caloris acceſſione vel contra frigoris omniumq; huiuſmodi quæ
in magna ſunt violentaq; potentia, noceretur. Quo conſilio quaq; reputatione,
vnum perfectum ex perfectis omnibus citra ſenium diſſolutionemq; compo-
ſuit, formamq; dedit ei cõgruã: quippe animali cũcta intra ſuum ambitum ani-
malia, & omnes eorum formas regeſturo: globoſam & rotundam: quæ a medie
tate ad omnem ambitum extimarũ partium ſpatiis ęqualibus diſtat: quo totus
ſui ſimilis foret meliorem ſimilitudine iudicans. Lęuem porro globũ vndiq; ver-
ſum extrinſecus: expoliuit non otioſe. Siquidẽ neq; vidẽdi neceſſarius eſſet vſus:
cunctis intra globum viſibilibus regeſtis. Nec auditus, nullo extrapoſito audien
di ſono. Nec opus reſpirandi adiumẽto, quippe oĩs coercebat̃ ſpũs intrinſecus.
Ne in mẽbris quidẽ talibus per q̃ nouo admiſſo cibo vetus liquore poſito pelle
ret̃. Neq; enim quicq̃ ex eo recedebat: nec erat accedendi facultas cunctis coer-
citis: ſed corruptela partium intra ſe ſeneſcentiũ vicẽ quandã obtinebat cibatus.

idemq; vt ageret,pateretur etiã omnia mundi globus,partibus ſuis intra ſe agẽ-
tibus ac perpetiẽtibus.Nec vero manus ei neceſſarias eſſe duxit, cũ nihil ſupeſ-
ſet comprehendendũ.Nec pedes,quoniã ex ſeptẽ motibus non† localis ei quiſq̃: † Locula-
ſed rationabilis cõpetebat qui animarũ proprius eſt circuitus. Neq; vllum locũ ris.
ex loco mutans:ideoq; in orbẽ fertur & velut fixo circũuolat cardine: ꝓptereaq;
rata & inerrabilis eius agitatio eſt. Hæc igitur æterni Dei proſpicientia iuxta
natiuũ & vnq̃ futurum Deũ:lęuẽ eum & æquirenũ indecliuẽq;: & a medietate
vndiq; verſum æqualem,exq; perfectis vniuerſiſq; totũ perfectũ progenuit. Ani-
mam vero in eius medietate locauit,eandẽq; per omnẽ globũ æquabiliter porri-
gi iuſſit:quo tectis interioribus partibus,extima quoq; totius corporis ambitu
animę circũdarentur.Atq; ita orbẽ teretẽ in orbem atq; in ſuũ ambitũ voluit cõ
uerti & moueri.Solum,pręcipuum qui virtutũ pręſtantia ſufficeret cõciliationi
proprię: nec extraordinario cuiuſq̃ indigeret auxilio:amicũq; ſemper ſibi:ideoq;
ſumme beatum,diuina potentia prędítum genuit.Nec tamẽ eo quo nos ad prę
ſens loquimur ordine,ortum animæ Deus annuit:iunioremq; & poſteriorẽ cor- E
poribus eam fecit.Neq; enim decebat rem antiquiorem a poſtgenita regi. Sed
hominibus mos eſt paſſim præpoſtereq; et ſine obſeruatione ordinis fari.At ve-
ro Deus tam antiquitate q̃ virtutibus pręire animã corporis naturę iuſſit: do-
minamq; eam & principali iure voluit eſſe circa id quod tuetur.

ITaq; tertium genus animę excogitauit. Hoc pacto, ex indiuidua ſem-
perq; in ſuo ſtatu perſeuerante ſubſtantia,Itemq; alia quæ inſeparabilis F
corporum comes per eadẽ corpora ſcindere ſe putatur,tertium ſubſtã
tiæ genus mixtum locauit:medium inter vtranq; ſubſtantiã. Eodemq; modo ex
gemina biformiq; natura:quippe cuius pars idem, pars diuerſum vocatur: ter-
tium naturæ genus cõmentus eſt:quod medium locauit inter indiuiduam & itẽ
in coniugatione corporea diuiduã ſubſtantiã.Tria hæc omnia in vnã permiſcu-
it ſpeciem,diuerſa illa natura concretioni atq; adunationi generum repugnante. G
Quibus cum ſubſtantia mixtis & ex tribus in vnũ redactis: rurſum totum hoc
vnum diuiſit in partes cõpetenter:quo ſingulę partes cõſtarent ex ſubſtantia, di
uerſi & item eius in quod idem ex gemina natura vocatur,diuiſionem inſtaurãs H
hactenus. Vnã ſumpſit ex vniuerſo primitus portionem: poſt quã eius duplicẽ
quã ſumpſerat.Tertiã vero ſeſcuplam quidem ſecũdæ: triplã vero primitus ſum
ptæ.At vero quartam:ſumpſit duplicem ſecundæ.Quintã triplicẽ tertię. Sexta
fuit aſſumptio partibus ſeptem q̃ prima propenſior.Septima ſex & viginti par-
tibus q̃ prima maior.Quibus ita diuiſis cõſequenter cõplebat interualla dupli- I
cis & triplicis q̃titatis ex vniuerſitate partes ſecans etiam nunc: & ex his parti-
bus interuallorũ ſpatia complens:quo ſingula interualla binis medietatibus ful-
cirentur.Medietatum porro altera,quota parte limitis extimi pręcellebat vnum
extimum limitem,tota pęcellebatur ab alio extimo limite.Altera pari ſumma et K
æquali ad numerũ modo pręcellebat & pręcellebatur eb extimis. ¶Natis itaq;
limitibus ſeſcuplorum & itẽ eorum quibus excedit pars ſui tertia, quod genus
a gręcis ἐπίτριτος dicitur, item eorum quibus accedit pars ſui octaua: qui nu-
merus ab eiſdẽ ἐπόγδοος vocat̃: ex his nexibus illa prima ſpatia id eſt epogdoi
ſpatiis epitritorũ omniũ interualla cõplebat: ita vt ad perfectã cumulatamq; cõ
pletionem deeſſet aliquid epitrito,tantum ſcilicet quãtũ deeſt habita cõparatiõe

L ducentis.xliii.aduerſus ducentos.lvi.Et jam fere cõmixtum omne illud genus eſ-
ſentiæ:cõſumptum erat huiuſcemodi ſectionibus partiũ.Tunc hanc ipſam ſeriẽ
in longum ſecuit.& ex vna ſerie duas fecit.eaſq; mediam mediæ in ſpeciẽ. χ. græ
cę literę coarctauit:curauitq; in orbes quoad coirent inter ſe capita: orbemq; or
bi ſic interſeruit:vt alter eorũ aduerſo:alter obliquo circuitu rotarentur. Et exte-
rioris quidẽ circuli motũ: eundẽ, ꝙ erat eiuſdẽ naturę conſanguineus, cognomi
nauit.Interioris autem:diuerſum.Atq; exteriorem quidem circulum, quẽ eundẽ
cognominatũ eſſe diximus,a regione d extra per ſiniſtrum latus vſq; ad dextrũ
inflexit.Diuerſum vero per diametrum ad ſiniſtrum latus:eidẽ & ſimili illi circũ
actioni virtute põtificioq; rotatus dato.Vnam quippe vt erat, eam & indiuiſam
reliquit:interiorem vero ſcidit ſexies:ſeptemq; impares orbes fabricat9 eſt iuxta
dupli & tripli ſpatia.orbeſq; ipſos contraria ferri iuſſit agitatione. Ex quibus ſe-
ptem,tres quidem pari velocitate:quatuor vero & ſibimetipſis & ad cõparatio-
M nem cæterorum impari diſſimiliq;,ſed cum ratione,motu feruntur.¶ Igitur cũ
pro voluntate patris cuncta rationabilis animæ ſubſtantia naſceretur: aliquãto
poſt omne corporeum intra conſeptum eius effinxit:mediũq; applicans mediæ
modulamine apto iugabat.At illa cõplectens cæli vltima:circũfuſaq; eidem exte-
riori complexu:operienſq; ambitu ſuo:ipſaq; in ſemet conuertens,diuinam origi
nem auſpicata eſt, indefeſſę ſapientiſq; & ſine intermiſſione vitę.Et corpus qui-
dem cœli ſiue mundi viſibile factum eſt: ipſa vero inuiſibilis rationis tamẽ et itẽ
modulaminis cõpos,cunctis viſibilibus pręſtantior a pręſtantiſſimo auctore fa-
N cta eſt.¶ Vt igitur ex eiuſdem & diuerſi natura cum eſſentia mixtis coaugmen
tata indigete motu & orbiculata circuitione in ſeipſam reuertens: cum aliquam
vel diſſipabilem ſubſtantiã offenderit vel indiuiduam,facile recognoſcit quid ſit
eiuſdẽ,quid indiuiduę,quid item diuerſę diſſolubiliſq; naturæ:cauſaſq; omnium
quę proueniunt:videt.Et ex his quę accidunt, quę ſint futura metitur. Motuſq;
eius rationabilis ſine voce,ſine ſono cũ quid ſenſile ſpectat:circuluſq; diuerſi ge-
neris ſine errore fertur veridico,ſenſu & certa nunciante:cũctæ animæ rectę opi
niones,& dignę credulitate naſcũtur.Porro cum indiuiduũ genus, ſemperq; idẽ
conſpexerit:ea quæ ſunt motu intimo fideliter nunciante, intellectus & ſcientia
conualeſcunt.Quæ quidem omnia in anima fieri:eidẽq; inſigniri palam eſt.Quã
cum moueri & viuere animaduerteret,factũ a ſe ſimulacrum immortalis diuini-
tatis genitor ſuus hilaratus impendio:multo magis ad exemplum eius ęmulę ſi-
militudinis aliud ſpecimen cenſuit excogitandum. Vt igitur hæc immortalis &
ſempiterna:ſic mundũ quoq; ſenſilem animal immortale conſtituit: ſed animalis
quidẽ id quod eſt generale animal natura æuoq; exęquaturum.Nam facto nati-
uoq; operi: cũ æuo ſocietas congruere videbatur minime.Quapropter imaginẽ
eius mobilẽ numeroq; ſerpentem factę a ſe machinę deus ſociabat,eam quę tem
pus dicitur ęuo intacto & in ſingularitate perſeuerante.dies enim & noctes: &
menſes,& annos:qui ante cœleſtem exornationem nõ erant:tunc naſcente mun-
do iuſſit exiſtere:quę omnia partes ſunt tẽporis.Noſq; hęc cũ æuo aſſignamus,
O id eſt ſolitarię naturę:non recte partes indiuiduę rei fingimus. Dicimus enim,
fuit,eſt,erit. Aſt illi eſſe ſolum cõpetit iuxta veram ſyncęrãq; rationem.fuiſſe ve
ro & fore deinceps,non cõpetit.Hęc quippe genitura temporis proprie.Motus
enim ſunt,vnus prętereuntis,alter imminentis:non æui ſed tẽporis.Aeui quippe

manſio eſt perpetua & imutabilis.Ergo neq; iunior neq; ſenior:nec fuit: nec erit:
nec patietur eorũ aliquid quæ ſenſilis natura patitur.Sed ſunt hæc omnia vices
temporis imitantis ęuum,ac de his quidẽ fors erit aptior deinceps diſputãdi lo-
cus.Tempus vero cœlo æquęuum eſt:vt vna orta vna diſſoluantur:ſi modo diſ-
ſolui ratio faſq; patietur.Simul vt æuitatis exemplo ſimilis eſſet vterq; mundus.
Archetypus quippe omni æuo ſemper exiſtẽs eſt:hic ſenſilis,imagoq; eius. Is eſt
qui per omne tempus fuerit quippe & futurus ſit. Hac ergo dei ratione conſilio
q; huiuſmodi genituram tẽporis volentis creari: ſol & luna,& alię quinq; ſtellę q̃
vocantur erraticę,factę ſunt:quo tam partes tẽporis notarentur certa dimenſio
ne:q̃ reditus anfractuſq; temporarii ſub numeri cõpręhenſione venirent.❨Cor- P
poraq; ſiderea fabricatus aſſignauit vitalibus diuerſæ naturæ motibus numero
ſeptem,totidem corpora.Lunæ quidem iuxta terrã in prima circũactione. Solis
vero in ſecunda.Tum Luciferi & Mercurii collocat ignes in eo motu qui cõcur-
rit quidẽ ſolſtitiali circuitioni: contraria tamen ab eo circumfertur agitatione.
Quare fit vt compręhendant ſe inuicẽ & a ſe rurſus cõpręhendantur hæ ſtellæ.
Cæteros quoq; ſiderum ortus & progreſſiones diuinę rationis ductu: digeſſit
in ordinem.Cuius exornationis cauſam explicare ſi quis velit:plus erit opere ip-
ſo quod operis gratia ſumitur.Verum hęc ſi erũt ad id quo de agitur vtilia,poſt
exequemur.❨Igitur ſingulis vniuerſiſq; apto & decenti ſibi motu locatis,videli- Q
cet iis quę conſequens erat tempore prouenire nexibuſq; vitalibus vbi cõſtricta
corpora facta ſunt animalia,imperatumq; didicerunt ea quę diuerſę naturę mo
tus obliquus per directũ eiuſdem naturę motum: vertens ſemet vtpote conſtri-
ctus circũferebat,partim maiore,partim minore circulo rotabantur.Citius qui-
dem dimenſum ſpatiũ peragentia quę minore:tardius vero quę maiore,vtpote
ambitu circũacta prolixiore.Qua de cauſa fiebat vt ex vniformi eiuſdem naturę
conuerſione,quæ citius circumirent ab iis quæ tardius circumferebantur com-
pręhendentia compræhendi viderentur.Omnes quippe circulos eorum vnifor-
mis inerrabiliſq; illa conuerſio vertens in ſpiram & velut ſinuoſum achanti volu-
men:quia gemino & contrario motu ferebantur. Tum ipſa etiam cita & volu-
cris ea quæ tardius a ſe recedebant proxima ſibi ſemper ex cõſecutiõe faciebat.
Atq; vt rationabilis & conſulta hæc motuum varietas & moderatio viſu quoq; R
notaretur:omniumq;. viii. motum perſpicua eſſet chorea: igniuit lucẽ clariſſimã
Deus omnium rerum conditor e regione ſecũdi a terra globi: quã lucem Solem
vocamus:cuius ſplendore cœlum infraq; illuſtrarentur omnia:numeruſq; omniũ
extaret animantiũ.Hinc ergo noctis dieiq; ortus ex eodem ſemper & inerrabili
motu factus,rata alternaq; lucis atq; vmbrarũ ſucceſſione.Menſis vero prouẽtus Conuentus.
cũ luſtrato Luna curriculo ſuo Solem cõſequitur.Anni cum ſol item emenſis an
fractibus renouat exordia.Cæterarum vero ſtellarũ circuitus neq; notãt:neq; di-
numerant homines,exceptis paucis:neq; intelligunt diſcurſus erroreſq; earũ tẽ-
poris eſſe genituram. In quo fit admiranda varietas prouentuum, cœleſtes tra-
mites vndiq; ſtellis variantibus. Eſt tamen intellectu facile:q; perfectus temporis S
numerus perfectum annũ compleat tum demum cũ omnium. viii. circũactionũ
curſus peracti: velut ad originẽ atq; exordium circũactionis alterius reuertẽt:
quã ſemper idẽ atq; vniformis motus dimetietur.Quã ob cauſam cætera quoq;
nata ſunt aſtra quæ per cœlum meantia cõuerſiones habent:vt q̃ ſimillimũ eſſet

hoc omne perfecto illi quod mente perſpicitur animali,æuoq; exæquatę naturæ
temporis ſocia natura nanciſceretur imaginem.

¶ Sequitur pars Secunda.

Aa ET iam fere cuncta prouenerant vſq; ad genituram tēporis,ad ger-
manam compoſita ſimilitudinem exempli & veritatis ſuæ, niſi q̄
mundus hic nondum cuncta continebat animalia, perinde vt in-
telligibilis:ad cuius ęmulationem fiebat. Hoc igitur quod deerat,
addebat opifex Deus,atq; vt mens cuius viſus contemplatioq; in
tellectus eſt: idearum genera contemplatur in intelligibili mundo,
quæ ideæ illic ſunt animalia: ſic Deus in hoc opere ſuo ſenſili diuerſa animalium
genera ſtatuit eſſe debere:cōſtituitq; quatuor.Primum cœleſte plenum diuinita
tis.Aliud deinde prępes aeriuagum.Tertium aquę liquoribus accommodatum.
Quartum quod terrena ſoliditas ſuſtineret.Et diuini quidē generis ex parte ma-
xima ſpeciem,ignis ſerena claritudine perpolibat:vt propter eximium ſplendorē
nitoremq; videntibus eſſet viſuriſq; venerabilis.Figuram porro eius figurę mū-
di intelligibilis accommodans indeclinabiliter venuſtabat.Totumq; eum poſuit
ī gremio prudētiæ cœli, vndiq; ineffabilis pulchritudinis ornamētis ſtipās eū &
conuegetās ad æternitatē:motūq; eius circulis conueniētē:& pro cuiuſq; natura
cōmentus eſt.Alterū circū ſe perq; eandē orbitam ſemper obeūtem eadēq; ſemp
deliberantē ac de iiſdem ratiocinantē. Alterum vero talem qui ſemp vltra proce
dere geſtiens,eiuſdem atq; immutabilis naturę coerctione intra obiectum eius
rotabundus teneretur:quinq; illis erraticis & contrariis ſibi inuicem prohibitis
motibus:vt vterq; circulus eſſet in optimo beatiſſimoq; agitationis ſtatu. Qua
ex cauſa facti ſunt ſumma pręditi diuinitate, omnes illi ſiderei ignes qui nullos
errores exorbitationeſq; patiuntur:proptereaq; in ſemetipſos conuertuntur ęter
no circuitu.At vero alii vagi palanteſq; ignes erroris cauſam habent:eā cuius in
ſuperioribus habita cōmemoratio.¶ Terram vero matrem & altricem omnium
Bb terrenorum animantium conſtrictam limitibus per omnia vadentis & cūcta cō
tinentis poli diei noctiſq; cuſtodem locauit antiquiſſimam:& eximiæ dignitatis
deam ex eorum numero qui intra mundi ambitum continentur deorum. ¶ Stel
larum vero choreas & alterius applicationes ad alterā varioſq; gyros quos edūt
admirabili venuſtate iuxta ambitus circulorum redituſq; & aufractus ad eas ſe-
des ex quibus progreſſę ſunt:acceſſus etiam & receſſus:cūq; contiguæ ſibi inui
Cc cem fiunt:quales ex contagione ſui conditiones accipiant: quāq; & cuiuſmodi
nanciſcantur qualitatē ex varia deſignatione:cūq; quod aliquāto interuallo tem-
poris fieri ſolet, certæ ſtellæ merſæ ac latentes operiuntur:quid ſignificent: et
mox,aut poſt aliquāto futura portendant:vel cum inſolitis horis curriculiſq; tē-
porum rurſus emergunt & apparent,quantos denuncient motus iis qui rationē
motus earum intelligere poſſunt:cunctaq; huiuſmodi, ratione atq; orationibus
perſequi,nihil agentis ac fruſtra laborantis eſt:maxime cum motus earū deſcri-
ptioq; ſit a viſu atq; oculis diſputantis remota.Quapropter ea quæ de ſideribus
viſibilibuſq; diuinis poteſtatibus dicta ſunt:ſatis ſuperq; dicta finē habeant ſuū.
Dd ¶ At vero inuiſibilium diuinarumq; poteſtatum, quæ dęmones nuncupantur:
pręſtare rationem maius eſt opus:q̄ ferre valeat hominis ingenium.Igitur com-

pendium ex credulitate ſumatur.Credamus igitur iis qui apud ſeculū prius cū
ipſi cognationem propinquitatemq; diuini generis prǽferrent,de natura Deorū
maiorum atq; auorum,deq; genituris ſingulorum ęterna monimenta in libris
poſteritati reliquerunt.Certe Deorum filiis aut nepotibus non credi ſatis irreli-
gioſum.q̄uis incongruis ſed neceſſariis probationibus dicant:tamen quia de do
meſticis rebus pronunciant: credendū eſſe merito puto. Sit igitur noſtra quoq;
credulitas comes aſſeuerationi priſcorum virorumq; terræ cœliq; filii ſint Ocea
nus & Tethys. Horum porro, Saturnus & Rhea & Phorcus.Saturni porro &
Rheæ proles, Iupiter & Iuno & cæteri qui ſunt in ore hominum ac mentibus:
& de quorum fraternitate fama celebratur. Atq; ex his alii nati ſunt qui putan-
tur. His igitur omnibus quę vel videntur in conuexis cœleſtibus flammâti cor-
pore,vel non videntur, natis atq; altis diuinitatemq; obtinentibus conditor vni-
uerſitatis Deus obſeruanda iubet ſancitq; oratione tali. Ee
¶Dii deorum:quorum opifex idemq; pater ego.opera ſiquidem vos mea,diſſo Verba
lubilia quidem natura,me tamē ita volente indiſſolubilia. Omne ſiquidem quod Dei ad
iunctum eſt:natura diſſolubile eſt.At vero quod bona ratione iunctum atq; mo deificatos
dulatum eſt,diſſolui velle non eſt Dei.Quapropter quia facti generatiq; eſtis, im
mortales quidem nequaq̄ nec omni modo indiſſolubiles:nec tamen vnq̄ diſſolue
mini,nec mortis neceſſitatem ſubibitis:quia voluntas mea maior eſt nexus & ve
getatior ad ęternitatis † cuſtodiam: q̄ illi nexus vitales ex quibus æternitas ve- †cōcordiā
ſtra coagmentata, atq; compoſita eſt.Iubendi ergo quod iubeo: cauſa hæc eſt.
Tria etiam nunc mortalium genera deſunt vniuerſitati:quibus carens vniuerſa
res perfectione indigebit.Erit porro imperfecta: ſi vniuerſa mortalium genera
intra † conſeptum ſuum minime continebit. Oportet autem ſi erit mundus per
fectus futurus (Porro proueniet hoc idem virtute auctoritatis meæ)eſſe plenā †cōſpectū
vniuerſi generis ſubſtantiam:quo animalibus ſingulis ſuppeditato viuendi vigo
re,ea quæ ſunt meliora proximam diuinitati formam dignitatēq; ſortiantur.
Quapropter vt & mortalia ſint,& vniuerſa res pfectione non indigeat:ſed ſit to
ta atq; vniuerſa vere,iubeo aggrediamini ſecundum naturam generum morta-
lium inſtitutionem.Imitantes ergo meam iuxta† affectum veſtrum ſollertiam:ita †effectū
inſtituite atq; extricate mortalia,vt cui conſortium diuinitatis & appellatiōis pa
rilitas cōpetit,diuina prędıtum firmitate fingatis.Erit vero tale quod vobis ob-
ſequi iuſtitiamq; colere proſpexeritis.Huius ergo vniuerſi generis ſementem fa-
ciā vobiſq; tradā.Vos cætera exequi par eſt:ita vt immortalē cœleſtēq; naturam
mortali extrinſecus textu ambiatis:iubeatiſq; naſci,cibūq; ei ꝓuideatis:& incre-
mēta detis:ac poſt diſſolutionē id fœnus qd̄ credideratis,facta ſeceſſione animi Ff
& corporis recipiatis.¶Hæc dixit,& demū reliquias prioris cōcretionis,ex qua
mūdi aīam cōmiſcuerat, ī eiuſdē crateris ſinū refundens,eodē propemodū gene
re atq; eadem ratione miſcebat:nec tamen eadē exoriebatur puritas, ſerenitaſq;
prouentuum:nec tam immutabilis perſeuerantię, ſed ſecundæ ac tertiæ digni- Gg
tatis. ¶Coagmentataq; mox vniuerſę rei machina delegit animas ſtella-
rum numero pares, ſingulaſq; ſingulis comparauit: eaſq; vehiculis competen-
tibus ſuperimpoſitas , vniuerſæ rei naturam ſpectare iuſſit. Legeſq; immu-
tabilis decreti docuit, oſtēdens ꝙ prima quidē generatio vniformis in omnibus

eiuſdemq; ordinis eſſet futura:ne cui competeris iuſtum, aliqua ex parte a ſe mi-
nueretur. Oportebat porro ſatas eas certis legitimiſq; temporum vicibus pię na
†ſuſcipiāt tionis animalium quæq; præter cæteras animantes deum † ſuſpiciāt afferre fru-
gem. Eſſe autem naturam hominis geminam:cuius quod melius ſit genus, cen-
ſendum fore viri nomine.

Hh ¶Cumq; neceſſitate decreti corporibus inſerentur: corporeaq; ſupellex varie
mutabitur, quibuſdam labentibus & aliis inuicem ſuccedentibus membris, pri-
mo quidē ſenſum ex violētis paſſionibus excitari:poſt quem mixtam ex volupta
te triſtitiaq; cupidinem naſci.

Ii ¶Tum vero metum atq; iracundiam: cæteraſq; pediſſequas earum perturba-
tiones diuerſo affectu pro natura ſua permouentes. Quas quidem ſi refrenarēt
ac ſubiugarent: iuſtam his lenemq; vitam fore: ſi vincerentur, iniuſtam & con-
fragoſam. Et victricibus quidem ad comparis ſtellę contubernium ſedemq; redi
†deſciſcē- tum patere:acturis deinceps vitam veram & beatam. Victas porro mutare ſexū
tibus. atq; infirmitatem naturę muliebris relegari ſecundę generationis tempore:Nec
†Deſiſtē- a vitiis intemperantiaq; †diſcedentibus:tamen pœnam reiectionemq; in deterio
tibus ra ceſſare:donec inſtituto meritiſq; congruis immanium ferarū induāt formas.

Kk ¶Pauſamq; malorum non prius fore:q̄ conſecuta eas rata & eadem ſemper vo-
lucris illa mundi circumactio, cuncta earum vitia ex igni, & aqua, terraq; & ae-
re contracta:omnemq; illuuiem deterſerit: inconſultis & immoderatis erroribus
ad modum rationis temperiemq; redactis:quo poſitis ſordibus expiatę purifica
† ꝑtinere. tęq; demum ad antiqui vultus honeſtatem † pertingere mereantur.

Ll ¶Quibus cunctis fatalium legum promulgationibus in iſtum modum patefa-
ctis & expoſitis:nequa penes ſe deinceps ex reticentia, noxę reſideret auctoritas:
ſementem fecit eiuſmodi Deus: vt partim in terra: partim in luna generis huma
ni iacerentur exordia:partim in cæteris quę inſtrumenta ſunt temporis. Ea por-
ro officia quæ ſementem ſequuntur, factis a ſe Diis (vt dixeram) iniungit:maxi
meq; formandorum corporum curam mortalium: ac ſiqua pars etiam tunc ho-
minis animæ reſidua ſupereſſet cuius conſtitutioni nauanda opera videretur.
Cęteraq; omnia conſequenter aggrederentur hortatus eſt, quę operis perfectio
rerumq; ordo depoſceret:proq; viribus eniterentur vt q̄ optime natura morta-
lis regeret, exceptis iproſperitatib9: quarū eſſet auctoritas, & cauſa penes ipos.

Mm ¶Quibus in iſtum modum digeſtis omnibus:cum in propoſito rerum Creator
maneret, intelligentes iuſſionem patris filii iuxta mandatam informationem im-
mortali ſumpto initio mortalis animātis ex mūdi materiis: igni, terraq;, & aqua
cum ſpiritu fœnus elementariū mutuati: quod redderetur cum opus foret, ea
quæ acceperant conglutinabant. Non iiſdem quibus ipſi nexibus:ſed aliis ob in
comprehenſibilem breuitatem inuiſibilibus gomfis. Itaq; apparatę materię:cir-
cuitus immortalis animæ circūligabant:irriguo fluidoq; corpori. Circuitus por
ro:vt torrenti rapido defluoq; obligati: neq; tenebant:neq; tenebantur:ſed vi fe
rebant:& vi ferebantur inuicem, vt totum quod in animal moueretur: pręcipi-
ti tamen & inordinata iactatione: quippe cum ſex ſine ratione motibus rapta-
retur: vltro, citro, dextrorſum, ſiniſtrorſum, & item ſurſum, deorſumq; per-
gens atq; oberrans. Immenſo quippe irrigante, & immoderate effluente gut-
gite: ex quo cibus & alimēta comparabantur: multo maior extrinſecus turba

conflictatioq; vexabat: cum corpus aliquod in raptatu incurriſſet ignis offen-
ſionem vel etiam terrenam comploſionem, ſimiliter aquę lubricas, violentaſq; vē
torum procellas. hiſq; interpellationibus omnibus per corpus ad animam com-
meantibus, ſtimulata mēs ęſtuaret. Qui quidem ęſtus propterea & initio & nūc
vſq; ſenſus cognominantur: maximos violentoſq; motus cientes: cum naturali
deriuatione iugiter & ſine intermiſſione effluente, circuitus animæ quaſi qui-
buſdam turbinibus ſimul quatiunt: illum quidem prouidum eius conſultūq; mo-
tum ſcilicet eiuſdem circuli: cuius eſt orbiculata circūuolutatio, ſtatuentes: & cō
tra q̃ illa mouetur, operantes imperiumq; eius reſpuentes. At vero diuerſi circu
li diuerſis motibus incertiſq; famulātes, vſqueadeo vt quia limites duplicis illius
& triplicis quantitatis: & item interualla terna per vtrunq; latus epitritorum
ſeſcuplorūq; & item epogdoorum medietatibus confirmata, diſſolui a nullo q̃
ab eo ſolo qui iunxerat, poterant: omni tamen iactationis genere diu vexarēt: ad-
uerſis motibus ſibi inuicem animam totamq; eius ſubſtantiam diuerſe diſtrahē-
tes: vt vna quidem feratur cum confirmationis ſuæ nexibus: verum ſine ratione:
vtpote motibus diſcordantibus & deprauante rectum iter ſenſuum illecebra.
Propterea varias inclinationes animæ exiſtere et obliquas & contrarias: & item
reſupinis caſibus ſimiles: vt ſiquis naturalem membris regionem mutans, caput
pro pedibus ſolo figat: pedēs in altum pro capite ſuſtollat: tunc opinor tam eius
qui patitur: q̃ eorum qui ſpectant dextræ quidem partes, ſiniſtræ: ſiniſtrę vero
dextrę videntur. Inuicem idipſum quoq; animæ circuitus patiūtur. Propterea q;
errant in eiuſdem diuerſiq; generis contēplatione: cum quod diuerſum, idem:
& quod idem eſt, diuerſum imbecillitate diſcernendi autumant. Eſtq; hæc earum
plena erroris: & falſitatis opinio: orta ex deprauatione ſenſuum: nec habet vllū
certum ducem talis peragratio. Cumq; extrapoſiti ſenſus pulſauerint animam
vęhementius: omnemq; eam poſſederint: tunc illa ſubiugata & ſeruiens ponti-
ficium aliquod poteſtatemq; retinere falſo putatur, eademq; paſſionibus ægra:
& initio cum incorporata eſt: & q̃diu perinde afficietur: amēs erit. ❡At poſtq̃ Nn
incrementi nutricationiſq; tenui iam riuo meatus effluet: animæq; circuitus
tranquilliore motu viam ſuam peraget: proceſſuq; temporis ſedatiores erunt:
vtpote quæ a naturæ ſuæ motu competenti minime exorbitent: facile iam di-
uerſę naturæ vitia bonitatemq; & honeſtatem ſemper eiuſdem cum alterius ap-
petitu: alterius vero deteſtatione ſecernent: hominemq; ita inſtitutum plena
& incolumi prudentia tuebuntur. At ſi ad hunc † ſtatum accedat auxiliatrix † modum
eruditionis honeſtæ: moderationiſq; diligentia: immunis omni perturbatione
atq; ægritudine ducet æuum. Si negliget, claudum iter vitę ſerpens cum fa-
miliari demum ſtultitia reuocabitur ad inferna. Sed hęc quidem nouiſſime pro-
uenient meritis iam vitæ locatis.

❡Nunc vero diuinę prouidentiæ penſum ſpectare conuenit ex membrorum Oo
rationabili conformatione: quæ ſuſcipiendo vitali vigori cœleſtis apparabat
proſpicientia. Principio figuram capitis diuinæ poteſtates, quibus informan-
di corporis erat officium concreditum, ex mundi figura mutuatæ, teretem
globoſamq; † finxerunt: eidēq; duos circuitus venerādæ diuinitatis innexuerūt. † pinxerūt
Eſt autem caput pręter cęterum corpus honoratius & optimati quadā eminētia

cui reliqua membra dominanti parent atq; obſequuntur iure meritoq; ſubiecta
ne ſine ſede humiliter in imo plane iacens, aſperas, cum moueretur, terrena-
rum lacunarum offenſiones procliuitatis & item decliuitatis incurreret: maxime
cui neceſſe eſſet cuncta motuum genera experiri. Hac igitur de cauſa vehiculo
corporis: vtpote arx ſuſtinetur. Addita eſt circum quoq; & brachiorum porrigi-
bilis & flexuoſa ſubſtantia: vt tenẽdi, vel emittẽdi, progrediẽdi, reſiſtẽdiq; vſus
ex arbitrio pręſto foret: eminente diuino capitis geſtamine. Progrediendi por-
ro commodius officium q̃ recedendi rata diuina mens, ire vlterius mage, q̃ re-
ceſſim voluit moueri. Priores quoq; corporis partes meliores poſterioribus iudi-
cans, in homine primo omnium e regione certa capitis, perſonam vultus ſubdi-
dit.: eamq; appellauit faciem: eidemq; inſtrumenta quæ adminicularentur proui-
dis animæ motibus aſſignauit. Ex quibus primi luciferi oculorum orbes co-
Pp ruſcanr, hac de cauſa dati. ¶ Duæ ſunt, opinor, virtutes ignis, altera edax &
peremptoria: altera mulcebris innoxio lumine. Huic igitur ex qua lux diem in-
uehens panditur, domeſticum & familiare corpus oculorum diuinæ poteſtates
commentę ſunt. Intimum ſiquidem noſtri corporis ignem: vtpote germanum
ignis pellucidi, ſereni, & defęcati liquoris per oculos fluere ac demanare volue-
runt: vt per lęues congeſtoſq;, & tanq̃ firmiore ſoliditate pandos orbes luminũ,
quorum tamen eſſet anguſta medietas ſubtilior, ſerenus ignis per eandem ef-
flueret medietatem. Itaq; cum diurnum iubar ſe applicat viſus fuſioni, tunc ni-
mirum incurrentia ſemet inuicem duo ſimilia in vnius corporis ſpeciem cohæ-
rent: quo concurrunt oculorum acies emicantes: quoq; effluentis intimæ fuſio-
nis acies contiguæ imaginis occurſu repercutitur. Totum igitur hoc ſimilem
eandemq; ſortitum paſſionem, & ob indifferentem ſimilitudinem eiuſdem paſ-
ſionis effectum, cum quid aliud tangit, vel ipſum ab alio tangitur: tactuũ motu
diffundens ſe per omne corpus, perq; corpus vſq; ad animam porrigens, ſen-
ſum efficit qui viſus vocatur. At poſtq̃ in noctem diſceſſerit cognatus ignis,
deſertum lucis eius auxilio conſortioq;, velut viduatum habet. vtpote ad diſſi-
mile procedens. propterea immutatum extinguitur: nullam habens cum proxi-
mo tunc aere naturæ cõmunicationẽ: vtpote ſplendore ignis carenti: videreq;
definit fractũ illecebra ſomni. Etenim diuinæ poteſtates ſalubre oculis tegmen
palpebrarum machinatæ ſunt: quibus obductis vis illa ignis intimi conniuen-
tia tegminis coercetur: compreſſaq; fundit ſe per membra: mollitiſq; & relaxa-
Qq tis conualeſcit quies. ¶ Quę cum eſt vehementior motuum reliquiis cuiuſmodi
erunt: & quibus in locis reliquiæ talia pariaq; ſomniorum ſimulacra naſcentur:
Rr eorumq; expergefactos quoq; memoria comitabitur. ¶ At vero ſimulacrorum
quæ in ſpeculis oboriuntur, vmbrarum etiam quæ in humida cernuntur ſuper-
ficie: facilis aſſecutio eſt. Siquidem vtriuſq; ignis tam intimi q̃ extrapoſiti con-
curſu incidente in terſam aliquam lęuemq; materiæ ſuperficiem, formatiq; in
multas & varias figuras, ſimulacra ex lęuigati corporis conſpectu reſultant. de-
xterę porro partes quæ ſunt ſiniſtrę videntur in iiſdem ſpeculis, inſolito quodã
more: propterea ꝙ dextris partibus viſus cõtra ſiniſtram partẽ ſpeculi: ſiniſtris
item cõtra dextrã poſitis, motu facto corporis ex aduerſo partis eiꝰ vnde motꝰ
Ss fit: geſticulatur motus imago. ¶ At vero dextrę torporis ptes dextrę: ita vt ſũt,

in ſpeculis quoq;,ſiniſtręq; item ſiniſtrę videntur:cum ex coitu viſus & ſplendoris e ſpeculo corpulentior conglobata imago renidet.Quod fit quoties teres ſpeculi ſerenitas hinc inde tumidioribus & prouectis in molem lateribus,dextram viſus partem in lęua ſpeculi,lęuā item in dexteriora deiecit.Cuius ſpeculi demū ſi talis facta erit conuerſio: vt elatiores illę partes, altera ſuperior,altera inferior, locentur:reſupini vultus apparebunt videntis, ſplēdore luminis,e ſuperiore margine cum ſummis oris partibus:et in ipſo capite ad inferiora deiectis:ſimilis porro,vt mento geniſq; ad ſuperiora ſublatis. ❡Qui quidem ſenſus famulātur actibus opificis Dei:ſummam optimamq; & primariam ſpeciem molientis: ſed vulgo per ſemetipſos ſentire exiſtimantur et agere aliquid. vt ſi quis non opificis ſed ſerrę vel aſciæ tribuat effecti operis auctoritatē:cum a ſe plurimū diſtēt cauſæ:et ea quæ cauſam ſequuntur.Licet enim corporea ſint fundamenta omnium ſenſuum:quod tamen ſentit,alienum a natura corporis,excipit ſenſus puro & in corporeo vigore. Quippe corpora, frigus & calorem aſtrictionem & relaxationem recipiunt, non ſentiunt. Nec vero rationem intellectumq; in rebus ratione, prudentiaq; agendis ſciunt. Sed quod ex omnibus quæ ſunt: intellectum prudentiamq; habet, ſola eſt anima.Hoc porro inuiſibile. At vero ignis & aqua cætereq; materiæ viſibilia ſunt corpora. Oportet autem intellectus diſciplinę amatorem,prudentiſſimæ naturę principalem cauſam,nō adminicula cauſę principalis inquirere. Illas vero quæ ab aliis motę mouent alias:ſecundas exiſtimandum. Nobis quoq; igitur in eundem modum faciendum eſt: & de vtroq; cauſarum genere diſſerendum. Sed ſeparatim quidem de optimis, quæ cum intellectu prudētiaq; cuncta honeſta & bona moliuntur: Seorſum vero de iis quæ mente prudentiaq; caſſæ, temere & vt libet,confuſa & inordinata quæ faciunt relinquunt. Et de oculorum quidem miniſterii cauſa, ob quam nacti ſunt eam quam habent videndi virtutem, ſatis dictum: de pręcipua tamen vtilitate operis eorum mox erit aptior diſſerendi locus. ❡Viſus enim iuxta meam ſententiam,cauſa eſt maximi commodi plęriſq; non otioſe natis: atq; inſtitutis ob id ipſum quod nunc agimus. Neq; enim de vniuerſa re quiſpiam quæreret, niſi prius ſtellis,ſole, cœloq; viſis. At nūc diei noctiſq; inſinuata nobis alterna vice,menſes,annorumq; obitus & anfractus nati, eorumq; ipſorum dinumeratio. Et ex dinumeratione perfectus et abſolutus extitit numerus. Tum temporis recordatio: quæ naturam vniuerſæ rei quæri docuit: curamq; inueſtigatiōis iniecit mētibus quaſi quoddam ſeminarium philoſophiæ †pandens.Quo bono nihil maius vnq̄ ad hominum genus a diuina munificentia commeauit,Hoc igitur maximū beneficiū viſus oculorūq; eſſe dico. Minora alia pręetereo: quibus qui a philoſophia remoti ſunt,carentes,debiles,cæciq;,mœſtam vitam lugubrēq; agunt.Nobis vero cauſa dicenda demonſtrandaq; videtur diuini muneris quod prouidentia commenta eſt ſalubriter hactenus. Dediſſe Deum idcirco oculos hominibus: vt mentis prouidentiæq; circuitus qui fiunt in cœlo notantes,eorum ſimiles cognatoſq; in vſum ſuæ mentis redigerent.circuituſq; animæ qui aīaduerſiones,ſeu deliberatiōes vocant̄, q̄ſimillimos efficerēt diuinę mētis ꝓuidis motib9 placidis trāquilliſq;,ꝑturbatis licet.cōfirmatoq; ingeneratę rōnis examie dū imitant̄ aplanes mūdi itelligibilis circūactionē: ſuę mētis mot9 erraticos corrigāt.

Vv

†Pangens

Xx ¶Eadem vocis quoq; & auditus ratio eſt ad eoſdem vſus, atq; ad plenam vitę
hominum inſtructionem datorum. ſiquidem propterea ſermonis eſt ordinata
communicatio, vt pręſto forent mutuę voluntatis indicia: quantumq; per vocē
vtilitatis capitur ex muſica tantum, totum hoc conſtat hominum generi ꝓpter
† eſt harmoniam attributum. Harmonia vero † id eſt modulatio: vtpote intētio mo-
dificata cognatas & velut conſanguineas habens commotiōes animę noſtrę cir
cuitionibus prudenter vtentibus muſarum munere: temperantięq; cauſa potius
q̄ oblectationis ſatis commoda: quippe quæ diſcrepantes & inconſonantes
animę commotiones ad concentum exornationemq; concordię, muſis auxilian-
Yy tibus reuocet. Rithmus aūt eſt datus vt medela contra illepidam numerorumq;
& modorum neſciam, gratięq; expertem in plęriſq; naturam. ¶Nunc quoniam
cuncta, exceptis admodum paucis, executi ſumus quę prouidę mētis intellectus
inſtituit: oportet etiam de illis quę neceſſitas inuehit, dicere. Mixta ſiquidē mūdi
ſenſilis ex neceſſitatis intelligentiæq; cœtu conſiſtit generatio: dominante intel-
lectu, & ſalubri perſuaſione rigorem neceſſitatis aſſiduę trahente ad optimos
actus. Itaq; euicta & parēte prouidis auctoritatibus neceſſitate, prima rerū mū
diq; exordia conſtiterunt. Siquis ergo vere iuxtaq; meram fidem mundi huius
inſtitutionem inſinuaturus erit: hunc oportet erraticę quoq; cauſę ſpeciem de-
monſtrare. Quod ita demum commode fiet: ſi ad eorum quę erroribus implicā
tur facto recurſu, perinde vt in iis quę ex mente ſunt fecimus: genituram ſub-
ſtantiāq; eorum ab exordio retexamus: naturamq; ignis & terræ, cæterarum itē
materiarum, ex quibus mundi ſenſilis coaugmentata molitio eſt: conſideremus.
Nec naturam modo veram illam veterem quæ fuit ante concretionem: ſed anti
quas etiā ipſorū elementorū perpeſſiōes. Nullus quippe ad hoc vſq; tempus ge
nituram eorum indicauit: ſed tanq̄ ſcientibus quid ſit ignis, & cætera: ſic loqui-
mur, & dicimus initia vniuerſitatis, conſtituentes ea quæ ne ſyllabarum quidem
Zz locum vicemq; pro veri examinis ratione obtinent. ¶Noſtra igitur hæc eſt pro-
feſſio nihil ad pręſens de vniuerſitatis vel initio vel initiis: vt quidā putāt, eſſe di
cendum. Non ꝙ ſit vllum impedimentum præter inextricabilem difficultatem:
ſed ꝙ ita inſtituto ſermone ſit impoſſibile admodum perueniri ad explanationē
rei. Neq; igitur vos id expectetis: nec ego mihi perſuadeam poſſe me tantum
& tanti oneris ſuſtinere. Atq; illud potius obſeruabo quod initio ſermonis pre-
cario petiui, in rebus imaginariis, probabilibuſq; ad fallendum rationibus, rerum
earundem veriſimilibus aſſertionibus imaginariiſq; contentus ſim: initia ſingu-
AA lorum, et vniuerſorum originem pandens. ¶Deum ergo etiam nunc auxiliato-
rem inuocabimus ante auſpicium dictionis, liberatorem ex turbida procelloſa-
q; cœpti ſermonis iactatione. Erit ergo initium tale demum vniuerſæ imagina-
riæ rei: eademq; magnificentius diuidetur. Etenim tunc duę modo ſpecies venie
bant in diuiſionem. At nunc tertium quoq; aliud oborietur genus. Quippe in
prioribus duo nobis ſatis abunde ſufficere videbantur. Vnum perpetuum, ca-
† iminētię rens generatione, exemplaris †eminentiæ: Alterum ſimulacrum et imago eius
æternitati propagata ſecundæ generationis: idq; viſibile. At vero tertium,
tunc quidem, minime diuiſimus. At nunc impoſitura nobis neceſſitatem ra-
tio videtur ire obuiam, manumq; conſerere aduerſum inexpugnabilem omni

ratione:& omni eloquio fraudem, craſſis tenebris inuolutam. ❡Quam igitur BB
eius vim, quamve naturam eſſe putandum eſt: Opinor omnium quæ gignun-
tur receptaculum eſt:& quaſi quædam nutricula, Atq; hoc quidem quod de ea
dicitur, verum eſt quidem:ſed dicendum videtur paulo apertius. Eſt tamen ar-
duum eo magis ꝙ præconfundi mentis aciem neceſſe eſt,& æſtuare, tã de igni
ꝙ̃ de cæteris materiis qui magis aquam iure aquam dici putariq; oportet:ꝙ̃ ter-
ram:cum nulla ſit certa ſtabiliſq; proprietas corporum: quæ cuiuſq; indicet na- CC
naturalem germanitatem.❡Principio vt de aqua,cuius modo fecimus mentio- Aqua.
nem,ordiamur:cum aſtringitur in glaciem certe ſaxum terrenæq; ſoliditatis cor
pus et minime fuſile apparet.Eadem hæc ignita & diffluens diſcretaq; varie in
humorẽ,ſpiritũ & aereas auras diſſoluit. Aer porro exuſtꝰ ignẽ creat.Rurſum Aer.
q; extinctus ignis aera corpulentior factus inſtituit.Aer item craſſior factus, in
nubes nebulaſq; concreſcit.Quibus eliſis & expreſſis,pluuię ſtagnorũq; & fon-
tium largitas,demumq; terrenæ moles ex aqua aggerãtur.Atq; ita circuitu quo
dam vires fomentaq; generationis corporibus inuicem ſibi mutuantibus:nec in
vna eademq; forma perſeuerantibus,quæ tandem erit certa eorum & a cuncta-
tione ſemota comprę̃henſio: Nulla certe.Quapropter de cunctis huiuſmodi mu
tabilibus ita eſt habendum.Hoc quod ſępe alias aliter formatum nobis videtur
et plerumq; iuxta ignis effigiem:non eſt,opinor,ignis,ſed igneum quiddam:nec
aer:ſed aereum: nec omnino quicꝙ̃ velut habens vllam ſtabilitatem. Deniq; ne
pronominibus quidem vllis dignanda ſunt: quibus in demonſtratione vti ſole-
mus:cum dicimus hoc vel illud.Fugiunt enim nec expectant eam appellationem
quæ de iis,tanꝙ̃ de exiſtentibus habetur.Igitur ignem quoq; eum vere eſſe putã
dum eſt,qui ſemper idem eſt:& oĩe, cuius proprietas manet.At vero id in quo
fieri hæc ſingula videntur,& demum diſſolui pereuntiaq; ad alias inde tranſire
formas,ſolum illud appellandum puto certo pronomine.Recte quippe poſſe di-
ci de eo,hoc vel illud.Porro quod recipit qualitatem:vel etiam verti poteſt in cõ-
trarias qualitates:calidum dici:vel candidum:proprioq; & certo nomine appel-
lari quod ſit incertum & mutabile minime conuenire. Sed opinor etiam nunc
apertius de eodem erit diſſertare conandum.❡Si quis enim cunctas formas fi- DD
guraſq; ex vna eadẽq; auri materia fictas iugiter & ſine intermiſſione in alias
atq; alias reformet:tunc ſiquis electa vna qualibet figura,quærat quæ ſit:opinor
poſſe firme et diligenter ac ſine reprehẽſione reſpõderi, aurũ illud eſſe:nec adde
re trianguli chilindrive cuiuſve alterius formæ videbitur.Eadẽ & cõſimilis ratio
difficultaſq; in ea natura quæ cuncta recipit corpora,reperitur. hæc quippe mi- †recedit
nime † recedit a conditione propria. Recipit enim cuncta: nec vllam ex iiſdem ex.
formam trahit:& cum velut intra gremium eius formentur quæ recipiunt, ipſa
informis manet:eſtq; vſus eius ſimilis molli cedentiq; materiæ in quam impri-
muntur varia ſignacula:mouetur q; & conformatur omnimode ab introeunti-
bus,ipſa nec formani:nec motus habens ex natura ſua. Quæ vero ingrediun-
tur formas mutant, aliaſq; alia & diuerſa cernuntur: eademq; quæ introeunt &
egrediuntur:ſimulachra ſunt vere exiſtentium rerum:miro quodam vixq; expli-
cabili modo formata:ab iiſdem vero exiſtẽtibus rebus:quẽadmodũ mox demõ
ſtrare euitemur ꝑ viribus. ❡At vero nunc trinũ genꝰ aio ſumendum eſt: quod EE

BIBLIOTECA ... ROMA

gignitur,item aliud in quo gignitur,prǽterea tertium ex quo ſimilitudinem tra-
hit, mutuaturq; quod gignitur. Decet ergo facere cõparationẽ ſimilitudinemq;
impertiri,illi quidem quod ſuſcipit,matris:at vero vnde obuenit, patris: illi autẽ
naturæ quæ inter hæc duo eſt,prolis.Simul ita intelligendum:fieri non poſſe, vt
vna exiſtat facies quæ omnes rerum omnium formas,vultuſq; contineat: variaq;
corporis vndiq; ora demonſtret:niſi ſubiecto informi prius aliquo corporũ gre-
mio :perinde,vt quæ in picturis ſubſternitur infectio decolor ad colorum lumi-
EF na ſubuehenda.¶Etenim ſi erit alicuius eorum quæ in ſe recipit, ſimile recepta-
culum:cum quid obueniet diſſimile iis quibus ſimile eſt:diſcordabit,opinor,vul
tus eius cum introgreſſi corporis vultu:nullamq; exprimet ſimilitudinẽ. Ex quo
fit: vt receptaculi ſinus, nullam propriam naturaliter expreſſam habeat figu-
ram: proptereaq; informis intelligatur:omni quippe forma carens. Vt qui odo-
ra pigmenta conficiunt,ante omnia curant vt nullius ſint odoris proprii quę cõ
dientur, ſuſceptura videlicet humidos ſuccos odoraminum.Et qui materiis mol
libus impreſſioniq; cedentibus inſignire formas aliquas volunt, pure læuigatas
apparant:nec vllam omnino formam in apparata lęuigatione apparere patiun-
tur:ſic ei quod omnibus rerum omnium formis et figuris ęternæ vitæ manſu-
riſq; per ſæcula recte inſignietur:nulla omnino propria ſpecies falſa opinione tri
buenda eſt.Ideoq; facti,generati,viſibilis,matrem animalis corporeæq; ſubſtan-
tiæ receptaculum, neq; terram,neq; aquam, nec vero ignem, vel aera: nec quicq̃
aliud quod ex iis creatum eſt:nec vero ex quibus hæc ipſa ſubſiſtunt, appellandũ
ſed inuiſibilem potius ſpeciem quandam & informem capacitatem, mira qua-
dam & incompręhenſibili ratione inter nullam & aliquam ſubſtantiam, nec pla-
ne intelligibilem, nec plane ſenſilem poſitam:ſed quæ ex iis quæ in ea cõmutan-
tur intelligi tamen poſſe videatur.Ignis quidem pars eius ignita : humecta vero
pars eiuſdẽ aqua:ſi modo expertis rei,pars vlla dici põt. Terra quoq; & aer rõne
illa,ſi forte qua,ſimulacra eorum recipit in ſe:de quibus ſingulis huiuſmodi tra-
GG ctatus inſtituendus videtur.¶Eſt ne aliquis ignis ſeorſum poſitus et incõicabi-
lis:Item cæteræ ſpecies quas concipientes mente dicimus ſeparatas a cœtu cor-
porearum ſpecierum fore archetypa exemplaria rei ſenſilis:an hæc ſola ſunt quæ
videntur,quęq; corporis intentione ſentimus:Nec præter hæc vlla ſunt vſpiam,
ſed fruſtra præſumitur eſſe intelligibiles ſpecies: quarum ſint imagines ſenſiles:
eaſq; nihil aliud eſſe q̃ verba:Quod quidem neq; inexaminatum relinqui placet:
nec ad prolixum natura ſua tractatum,minime pertinens ad rem agmen verbo-
rum addendum.At vero ſi quis amplæ rei finis diſceptationem compendio di-
rimer,hũc certe aſciſcere operęprecitũ facientis eſt.Ipſe igitur quid de hac re ſen
HH tiam:dicam.¶Si intellectus,itemq; vera opinio duę res ſunt: neceſſe eſt hæc ip-
ſa per ſemet ipo intellectu potius q̃ ſenſibus aſſequenda. Sin vero, vt quibuſdã
videtur,vera opinio ab intellectu nihil differt: omnia quæ corporea ſentimus,
certa habenda ſunt. Sed opinor duo eſſe †dicenda: propterea ꝙ vtraq; magna
†dicendũ. differentia diſtant.Quippe quorum alterum doctrina nobis inſinuet: alterum
perſuaſionis aſſumptio,& alterũ quidẽ ſemper cum ratione vera: porro ſine vlla
ratione alterum.Item alterum nulla perſuaſione traducibile:alterũ nutans incer-
†deriua- tum ſemper &†deuiabile.Quid,ꝙ rectę opinionis omnis vir particeps: itellectus
bile. vero dei proprius:& paucorum admodum lectorum hominum:Quod cũ ita ſit,

fatẽdum eſt eſſe eiuſmodi ſpeciem ſemotam a ſenſibus in ſemet locatam ſine or-
tu,ſine occaſu:quę neq; in ſe recipit quicq̃ aliunde:neq; ipſa ꝓcedit ad aliud qcq̃,
inuiſibilem,inſenſilẽ, ſoli mentis intentioni animaduerſioniq; perſpicuã. ¶Porro II
quod ab hoc ſecundum eſt,natiuum,ſenſibile , ſuſtentabile , conſiſtens aliquo in
loco,& rurſum cum immutatione & interitu recedẽs:ſenſibus & opinione noſcẽ
dum. Tertium genus eſt loci,quod ne ad interitum quidem pertinet:ſedem por-
ro præbet iis quæ generantur : ſed ipſum ſine ſenſu tangentis tangiť,adulterina
quadam ratione opinabile. ¶Deniq; cũ idẽ animo intuemur,patimur quod ſom KK
niantes.Putamus enim neceſſe eſſe vt omne quod eſt,in aliquo ſit loco poſitum:
regionemq; obtineat vllam.Porro quod neq; in terra,neq; in cælo ſit:minime exi
ſtere.Ob quam deprauationẽ,itemq; alias conſanguineas:nec in reputatione qui
dẽ & conſideratione vere exiſtentis vereq; peruigilis naturę mente conſiſtimus:
propter huiuſmodi ſomnia:cum ne imaginari quidem vllam huius lubricæ ſpe-
ciem formamq; valeamus.Propriã quippe nullam habet:& habere omnes vide-
tur.cum intra gremium eius conuerſione ad aliud ex alio formæ trãſfigurantur.
Idemq; hoc inter alteram aliquam,& nullam ſubſtantiam poſitum inuenitur:ſuã
nullam habet:nec tamen nihil eſt.Atenim vere exiſtentium rerum aſſertio perſpi
cua rationis luce firmatur.†dicẽdũ quidem hoc erit aliud:itemq; illud aliud:neu- †docẽsdũ
trum in altero poſſe conſiſtere.nec ſimul idem vnũ & duo fieri . ¶Hæc eſt meæ LL
quidem ſententiæ mens,eſſe,& ante mundi quoq; ſenſilis exornationẽ fuiſſe tria
hæc,exiſtens,locum,generationem.Igitur generationis nutriculam humectatam
modo:modo ignitam:terræq; item & aeris formas ſuſcipientem:cæteraſq; pediſ
ſequas paſſiones perpetientẽ omniformi viſu videri. ¶Q; tamen priuatim neq; MM
ſimilibus virib9:neq; exæquatis potẽtiis inſtruatur:nihil eſſe eius æquale:ſed vn-
diq; vergẽtem,& in pronum vel abſonum præponderantem,Agitari quidẽ ma-
teriis agitantibus,inuicemq; reciproco impulſu pulſare atq; agitare materias.Ex
quo fluctu turbatas materias in diuerſa raptari,diſcerniq; a ſe:perinde,vt quę in
frumenti purgatione piſtoriis inſtrumẽtis motu & excuſſione diſcerni videmus,
grauia quidem & ſolida deorſum:tenuia vero & leuia in aliam partẽ.Sic illa qua
tuor veluti in Euripo fluctuãte iactari:vel machina quadam facta ad motus cien
dos diſſimillima quęq; a diſſimillimis plurimum:aliqua vero ſimilitudine ſociata
nequaq̃ diſparari:proptereaq; ſedibus fuiſſe diuiſa,ante mũdi ſcilicet exornatio
nem.At tunc quidem erat huiuſmodi rationis expers rerum inordinata cõfuſio.
¶Sed vbi cũcta redigi ad modum placuit:Ignẽ primo,terram & aera atq; aquã NN
†concinnauit opifex Deus:non talia vt nũc ſunt:ſed quæ pręferrent elementorũ †cõtinua-
veſtigia in eo ſqualore ac deformitate qui apparet in iis in quibus deeſt diuina ꝓ uit,
ſpicientia.Nunc vero ſingulis luce ac ſpecie tributa : numerus quoq; illuſtratorũ
oim geniturã ſequebať,pulchris oibus ex nõ talib9 quõdã,inſtitutis.Nũc iã ordi
nationẽ geniturãq; eorũ ſingillatim demõſtrari cõuenit:nouo qdẽ & iuſitato ge-
nere demõſtrationis:verum vobis,qui oẽs eruditionis ingenuæ vias peragraue-
ritis:neq; incognito,& ex leui admonitione perſpicuo.

τέλος.

CHALCIDII VIRI CLARISSIMI IN TIMAEVM PLATONIS COMMENTARII.


TIMAEVS PLATONIS, A VETERIBVS DIFFI
cilis habituseſt,atq; exiſtimatus ad intelligendum:nõ ex
imbecillitate, ſermonis obſcuritate nata (q̄d eni illo viro
prõptius?)ſed q̄a legentes artificioſę rationis,quę opera
tur in explicandis rerum quæſtionibus, vſum non ha-
bebant: ſtyli genere ſic inſtituto,non vt alienigenis,ſed
propriis quęſtionum probationibus,id quod in tractatũ
venerat,oſtenderet.Illa enim demum certa eſt probatio,
quæ congruis accõmodatiſq; rationibus quæſtiones re-
uelat. vt ſi de motu ſtellarum aliqua oriatur cunctatio,ex ea diſciplina quæ Aſtro
logia dicitur,demanet aſſertio.Si de fidium varietate,& de eo qui ex diuerſis vo
cibus ſoniſq; naſcit̃ concentu,tractatus habeatur:muſicę remediis cunctatio ſo-
piatur.Et prorſus teneatur id inſtitutũ,quod a peritiſſimis medicis vſquequaq;
obſeruari ſolet,cum pro natura vulnerum auxilia medicamentorum adhibent in
medẽdo.In hoc porro libro cum de ſtatu agatur vniuerſæ rei,omniũq; eorũ quę
mundus complectitur,cauſa & ratio præſtetur:neceſſe fuit multas & varias exi-
ſtere quęſtiones De planis figuris,De ſolidis corporibus,De incorporatione ani
mæ viuificãtis ſenſilem mundum.De motu eius,& agitatione perpetua.De ſtel-
larum diſcurſibus,ratis,& errãtibus. Cunctis certarum diſciplinarum artificiali
bus remediis occurrendum erat,Arithmeticis,Aſtronomicis,Geometricis,Mu-
ſicis:quo ſingulæ res domeſticis & conſanguineis rationibus explicarent̃.Ideoq;
iis qui in artificialium vſu non fuerant,tanq̃ alienigenum ſermonẽ ignorantibus
minime probabantur.Porro aliis qui vnam aliquam ex diſciplinis perceperãt,id
ſolum quod ſciebãt recognoſcentibus probabatur,cætera ignorationis obſcuro
latebant.Ex quo apparet hoc opus illis propemodum ſolis elaboratum eſſe,ac vi
deri qui fuerant in omniũ huiuſmodi ſcientiarum vſu atq; exercitatione,verſati:
quos cum oporteret tantam ſcientiæ claritudinem communicare cum cęteris:in
felicis inuidiæ deteſtabili reſtrictione,largæ beatitudinis fuſionẽ,incommunica-
bilem penes ſe retinuerunt.Itaq; quia iubentibus vobis mos erat gerendus:licet
ea quæ iubebantur potiora eſſent q̃ ſuſtinere mediocre ingeniũ valeret,ſola trãſ-
latione cõtentus nõ fui,ratus obſcuri:minimeq; illuſtris exempli ſimulacrum ſine
interpretatione trãſlatũ in eiuſdem,aut etiã maioris obſcuritatis,vitio futurum.
Et ea quæ mihi viſa ſunt in aliqua difficultate ſic interpretatus ſum,vt ea ſola ex
planarem, quæ incognitarum artium diſciplinarumq; ignoratione tegerentur.
Erat enim arrogantis & velut ingeniis legentium diffidentis ea quæ communi
omnium intelligentiæ paterent,ſuperſtitioſa interrogatione fruſtra retexere. De
niq; de principio libri quo ſimplex narratio continebatur: rerum antegeſtarum,
& hiſtorię veteris recenſitio,nihil dixi.Rationem tamen totius operis,& ſcripto
ris propoſitum,& ordinationem libri declaranda eſſe duxi.Nam cum pridie So
crates decem libris omnibus de Repub.diſputaſſet:ad quem tractatum non ex
principali cauſa,ſed ex conſequenti deſcenderat.Siquidem cum de iuſtitia quęri
cœptum fuiſſet,quã diffinierat Traſimachus orator,eã eſſe quæ huic prodeſſet

qui plurimum poſſet:Socrates contra docuiſſet,immo eam potius quæ iis pro-
deſſet qui minimum poſſent,vt illuſtriore vteretur exemplo,ſi eam non vnius hõ
minis ingenio,ſed in vrbis alicuius populoſę frequentiaq; populari ſcrutaret̃:ima
ginem quandam depinxit vrbis,quę iuſtis moribus inſtitutiſq; regeretur:& con
uenienti legibus felicitate†frueretur:contra quod ſiquando degeneraſſet ab inſti †extruere
tutis,q̃ improſpera eſſet ei ciuitati:q̃q; exitiabilis mutatio morum futura. Igitur tur.
cum in illis libris quæſita atq; inuenta videretur eſſe iuſtitia,quæ verſaretur in re
bus humanis:ſupereſſet aũt vt naturalis æquitatis fieret inueſtigatio, huius tan-
ti operis effectum quod ingenio ſuo diceret onerosum,Socrates Timæo,& Cri-
tiæ,& Hermocrati,delegandum putauit:atq; illi munus iniunctum receperunt.
Ex quo apparet in hoc libro principaliter illud agi,contemplationẽ conſideratio-
nemq; inſtitui,nõ poſitiuæ ſed naturalis illius iuſtitiæ atq; æquitatis,quæ ſcripta
in conſtituendis legibus,deſcribendiſq; formulis tribuit ex gemina moderatione
ſubſtantiam.Perindeq; vt Socrates cum de iuſtitia diſſereret,qua homines vtun
tur,induxit effigiem ciuilis reipub,ita Timæus Locreñ.ex Pythagoræ magiſte-
rio aſtronomiæ quoq; diſciplinæ†profectæ peritus: eam iuſtitiam qua diuinum †perfectę
genus aduerſum ſe vtitur,in mũdi huius ſenſibilis & veluti quadã communi vrbe
ac republ.voluit inquiri.❡Nunc ordinatio libri & ſpecies reuelanda eſt.I. Quæ- Diuiſio
ritur primo de genitura mundi.II.Dehinc de ortu animę.III.Tum de modulatio operis in
ne ſiue harmonia.IIII.De numeris. V.De ſtellis ratis & errãtibus:in quarum nu- capita.
mero ſol etiam conſtituitur & luna.VI.De cœlo.VII.De quatuor generibus ani-
malium,hoc eſt cæleſtium,præpetum,nantium,terrenorum.VIII.De ortu gene-
ris humani.IX.Cauſa cur hominum plęriq; ſint ſapientes,alii inſipiẽtes.X. De vi
ſu.XI.De imaginibus.XII.Laus videndi.XIII.De ſylua.XIIII.De tempore.XV.
De primis materiis ſylueſtribus &†proprietatibus earum.XVI.De diuerſis hu- †ppeſſio-
moribus corporum & phlegmate.XVII. De ſenſibus odorationis & guſtatus, nibus.
XVIII.De colorum varietate & conuerſione ex alio in alium:quæq; coloribus ſi
milia ſunt.XIX.De principali vitalis ſubſtantię.XX.De anima & partibus eius
& locis.XXI.De corporis membris & artubus.XXII.De nationibus diuerſarũ
gentium.XXIII.De ęgritudine corporis.XXIIII.De ęgritudine animæ.XXV.
De medela vtriuſq; materiæ.XXVI.De vniuerſo mundo,& omnibus quę mun
dus complectitur.XXVII.De intelligibili deo. Quorum omnium ſigillatim ſe-
cundum ordinem libri expoſitio fiet.


IAM VT DOCEAT MVNDI CORPVS PERFE-
ctum eſſe:perfecta porro corpora ſunt ſolida quæ ex tribus con-
ſtant,longitudine,latitudine,craſſitudine,prius epipedas,hoc eſt
planas figuras:quæ longitudinem modo & latitudinem : nullam
vero profunditatem habent exponit. Quibus ait vnam ſufficere
poſſe medietatem:quippe duo diſtantia vna media interiectione
continuari:habente aliquam inter duo illa diſtantia cognationem, ſic dicẽs,Cum
enim ex tribus,vel numeris,vel molibus,vel potentiis,medietas imo perinde qua
drat vt ſummitas medio:rurſumq; vt imũ medio:ſic medietas ſummo:tunc cer-
te medietas a ſummo & item imo nihil differt.Rurſumq; extimis illis ad medie-
tatis cõditionem atq; ad eiuſdem parilitatem redactis:cum medietas quoq; exti-
morum vicem ſuſcipit,fit,opinor,vt tota materia vna & eadem ratione ſocietur:

Eoq; pacto eadem ſibi erunt vniuerſa membra:quippe quorum ſit vna conditio. Vnis porro effectis membris vnum erit atq; idem totum.

Vtitur probatione arithmetica.Sit ergo deſcripta trigemina figura,quę oſtendat quatenus ſi duo diſtent a ſe,vna media cõtinuentur cognata interiectione.




Quadrati quod principe loco deſcriptum eſt,ſit vnũ latus in momẽtis,verbi cauſa,duobus.Aliud latus in momẽtis tribus.hoc ſupputatum facit aream totius perfecti quadrati momẽtorum ſex.bis enim tria ſex ſunt.Vltimi vero quadrati & diſtantis primo ſit demum latus vnum momentorum quatuor,aliud latus momentorum ſex.hoc ſupputatum facit aream integri quadrati momentorum.xxiiii. Quater eni ſex.xxiiii. ſunt.Hæc autem medietas,quæ eſt in.xii.& ita adhæret vt inpulſa extima quadrata cõtinuatura videatur:cognata eſt extimis.Siquidem quota parte minor eſt imo,id eſt dimidia:tota maior eſt ſummo.Siquidem.xii.dimidia.xxiiii.pars ſit.Sũma rurſum quatuor & viginti poſita in imo ſit duodecim:quæ eſt ĩ medio dupla Summa item mediæ , ſummæ ſuperioris dupla.bis ſex enim.xii.Ita dimidietatis & dupli ratione ſociantur:& fit extimorum limitum & medietatis vna eadẽq; conditio.Quid'q; medietas de extimis naſcitur?ſiue enim ſummi limitis minorẽ ſummam cum imi limitis maiore ſumma multiplicauero,ſeu contra ſummi limitis maiorem ſummam cum imi limitis minore contulero,multiplicãs vtraq;,hac via naſcitur.xii.numerus.Tam enim bis ſex q̃ ter quatuor.xii.fient . Hæc eadem diſtãtium a ſe duum continuatio vnius interiectu medietatis geometricis etiam probationibus reueletur.Sint ergo etiam nunc deſcriptæ figuræ.



Duas ex aduerſo poſitas lineas,parallelogrãmas Geometrici appellant,conſequenter etiã planas quadraturas parallelogrãma.Propoſitum eſt probare quemadmodum duum parallelogrãmorũ ſimiliũ vnum medium inueniatur quod ratiõe nõ careat . Sint igit' duo ſimilia parallelogramma quibus aſſiſtũt gręcę literę Α Δ Θ habentia ęquales angulos:vnum qui eſt ſub Β Γ Δ , ei qui eſt ſub Η Γ Ζ. Porro vbi ęquales anguli,latera pro competenti erũt:vt enim eſt Β Γ latus iuxta Γ Ζ: ita Δ Γ latus iuxta Γ Η latus.Dico duum horum ſimiliũ parallelogrãmorum inueniri mediũ aliud rationabile. Sit quippe directum Β Γ latus Γ Ζ lateri.Erit igitur etiam Δ Γ latus Γ Η lateri directum . & directis lineis Α Δ & Θ Ζ,agantur extimæ lineæ Δ Ε & Ζ Ε : compleaturq; hoc pacto omnis figura.Vt igitur Β Γ latus iuxta Γ Ζ latus,ita Β Δ parallelogrãmum iuxta Δ Ζ parallelogrãmum.Sunt enim in eadem quadratura Α Ε:Β Ζ.Rurſumq; yt Δ Γ latus iuxta Γ Η latus : ſic & parallelogrãmum Γ Ε iuxta Ζ Η parallelogrãmum. Sunt eni hæc quoq; in quadratura Δ Η Ε Θ.Vt ergo Β Δ parallelogrãmũ iuxta Δ Ζ parallelogrãmum, ſic item Δ Ζ parallelogrãmum iuxta id quod ſubter eſt Γ Θ parallelogrãmum.Inuentum eſt ergo vnum medium,id eſt Δ Ζ parallelogrãmum inter duo ſimilia parallelogrãma,quod fieri debuit. Nihilominus etiam in triangularibus formis medietatis inſertio conſideratur in huiuſmodi forma.

Propoſitum eſt probare quemadmodum triangulorum ſimilium vnum medium competens inueniatur.Sint duo ſimilia triangula limitata gręcis literis Α Β Γ Δ




alterũ Α Β Ε Δ æquis angulis: vno qui eſt ſub Α Β Γ, altero qui eſt ſub Δ Β Ε. vbi etiam æquales anguli, etiam latera pro competenti erũt: vt enim eſt Δ Β latus iuxta Β Ε latus ſic Γ Β latus iuxta Β Δ latus. Dico horum duum ſimilium triangulorum vnum medium competens inueniri. Sic enim conceſſum directum eſſe Α Β latus Β Ε lateri: erit etiã Γ Β latus indirectum Β Δ lateri: & coniungat ducta linea in directum latus quod eſt Α Δ. Ergo vt eſt Α Β latus iuxta Β Ε latus, ſic Β Δ Ε Β triangulum iuxta Δ Β Α Δ triangulum. Sub eadem quippe altitudine ſunt Α Δ literæ. Vt autem Γ Β latus iuxta Β Δ latus, ſic Δ Α Β Δ triangulus iuxta Α Β Γ Α triangulũ. Sunt eni ſub eadem hęc quoq; altitudine Α literæ. Erit ergo vt Α Β Ε Δ triangulus iuxta Δ Β Α Δ triangulum, ſic idem Δ Β Α Δ triangulus iuxta Α Β Γ Δ triangulum. Duum ergo ſimilium triangulorum, id eſt Α Β Γ Α & Δ Β Ε Δ factum eſt tertium, id eſt Δ Β Α Δ triangulum, quod faciundum erat.

Igitur inquit ſi mundi corpus longitudinem & latitudinem ſolã, ſoliditatem vero nullam habere deberet: eſſetq; huiuſmodi qualis eſt perfectorum corporum ſuperficies: vna medietas ſufficeret ad ſemetipſam vinciendam, & extimas partes: Nunc quoniam ſoliditate opus erat mundano corpori: ſolida porro nunq̃ vna, ſed duabus medietatibus vinciuntur: idcirco mũdi opifex inter ignem, terramq; aera, & aquam inſeruit, libratis iiſdem elementis ſalubri modo: vt quæ cognatio eſt inter ignem & aera, eadem foret inter aera & aquam. Rurſum quæ inter aera & aquam, hæc eadem in aquæ terræq; ſocietate conſiſteret.


Mundi corpus ſolidum eſſe dicit & globoſum. Huiuſmodi autẽ corpora duabus medietatibus vinciuntur, quatenus vt in effigie pilæ & in illo ambitu eſt quippe aliqua longitudo: eſt etiam latitudo: quas dimetimur impreſſo puncto in medietate ſummitatis: ad quam medietatem vndiq; ab ambitu æquales lineæ porriguntur. Vna igitur hæc medietas in ſuperficie ſita eſt, altera in profundo: ad quã punctum illud peruenit ſi deprimatur vſq; ad altitudinẽ mediam. Qua de cauſa geminis exiſtentibus medietatibus, non vt in planis figuris ſemel eſt faciẽda multiplicatio: ſed bis. Quippe illic duo latera deſcribebamus: quorum alterum in duobus momentis: alterum in tribus conſtituebamus: duoq; ad tria multiplicantes inueniebamus naſci ſenariũ numerũ. At ĩ his ſolidis formis ꝑpter geminã medietatem geminabit̃ multiplicatio: vt cũ ex duobus & trib9 multiplicatis, natus erit idem ſenarius iuxta vnius interim medietatis rationem: iuxta alterius quoq; medietatis, q̃ forte erit in numero quaternario, quater ſex ſupputemus: atq; ita ſumma omnis, ſiue numeri, ſiue molis, ſeu qualitatis in vigintiquatuor partibus inueniatur. Et quoniam mundi ſummitas, id eſt ignis, ſolidum corpus exiſtens habet illa tria, longitudinem, latitudinem, ſoliditatem: ſed non peræque, ſiquidem in illo ignis plus eſt claritudinis: aliquanto minus moderati caloris: exiguum vero ſoliditatis: in terræ autem globo plus ſit ſoliditatis: aliquantum vero humoris: perexiguum lucis: Aeris & aquæ duæ medietates quam habent cognationem, cum ſupra memoratis elementis intelligamus.

Sequitur

Deſcriptio ſolidarum figurarum cum numeris ſuis iuxta Arithmeticam diſciplinam.




Harum ſolidarum forma rum cogna
tio:numerorum indicatur conſortio.Sy
quidē primi limitis ſumma,dimidia pars
ſit ſecundi limitis ſummæ . Nam . xxiiii.
numerus.xlviii.numeri dimidia pars eſt.
Secunda itē tertiæ:& hæc quarti limitis
ſummæ dimidietas . AEque retrorſum
quoq; poſtrema tertiæ dupla. Tertia itē
ſecūdæ dupla,& primę ſecunda.Atq; his
mediis duabus,quæ inter duas formas
extimas inſerunt̄,genitura eſt de hiſdem
extimis.Eſt enim primi limitis medietas in potiore numero,id eſt ſenario,qui na
ſcitur ex multiplicatis ſummis minoribus his tribus.Eſt item nouiſſimi limitis in
minore numero medietas,id eſt. viii.Igitur primi limitis maiorem medietatem
cum poſtremi limitis minore medietate multiplicans creo ſecundi limitis totam
in.xl.&.viii.numeris poſitam ſubſtantiam.At vero ſi primi limitis minorem me-
dietatem quæ eſt.iiii.cum poſtremi limitis maiore medietate,quæ eſt in.iiii.&.xx.
ſumma nata ex quater ſenis comparauero,creabitur omnis ſubſtantia tertii limi
tis:quæ eſt poſita in.xcvi.Sic duo extremi ſolidorum corporum duabus medieta
tibus vinciuntur : vt certa minimeq; inficiabilis arithmeticæ diſciplinæ confir-
mat auctoritas,teſtimonium præbens Platoni. ¶ Hæc eadem ſolidorum duum
corporum diſtantia:ſeu duplex medietas coniungere diſtantia corpora geometri
cis etiam rationibus pro cōpetēti modo ſic oſtendit̄.Sed prius quia eſt e re accō
modatūq; tractatui:qd ſit hoc qđ cōpetēs appellat̄,ἀναλογία, vero a grçcis,expli
Cōpetens cabo.Geminū eſt cōpetēs:vnū cōtinuū,alterū diſtās.Cōtinuū cōpetēs eſt:qđ cō
muni medio fine cōiungit extima.Diſtās,qđ duob⁹ mediis finibus ſeparat exti-
ma.Ratio vero eſt duū finiū iuxta ſemetipſos habitus,& quaſi q̄dā cōuētio. Itaq;
competens ex cōpluriū rationū cōparatione ſubſiſtit:Et cōtinuū qdē cōpetēs in
tribus,vt parū,finib⁹ inuenit̄:ſicut primus iuxta ſecūdū,ſic ſecūdus iuxta tertiū.
hoc eſt:vt octo iuxta quatuor,ſic quatuor iuxta duo.Quorū quidē finiū is qui eſt
medius in ſe replicatus æqualis eſt ei qui de multiplicatione naſcitur extimorum
quadrato.Bis octoni ſiquidē ſedecim:& quaterni quater totidē.Diſtans aūt com
petens in.iiii.minimū limitibus reperitur:ſicut primus iuxta ſecundū:ſic tertius
iuxta quartum, ideſt vt octo iuxta.iiii.ita ſex iuxta tria.Non enim poſſumus re-
petentes dicere ſic.iiii.iuxta ſex.In quibus æque vt in continui cōpetentis finibus
is qui confit ab extimis,æqualis ei qui naſcitur ex ſupputatione mediorū.Ter eni
octo.xxiiii.ſummā faciunt:æque ſexies.iiii.eandem ſummam creant. Vtitur ergo
nūc ratione ac remedio cōtinui cōpetētis.Propterea q̄ natura ei⁹ cōiugabilis eſt
& adunatrix diſtātiū limitū,ſimilis ei⁹ rōnis qua de⁹ mūdi ſenſilis fabricator vſus
eſt cū extimis mūdi limitibus igni atq; terrę,aeris & aquę inſereret medietatem.



Ideſt diſſimiliū cō pactio cō iuncta.

Deſcriptio parallelipipedorum duum di
ſtantiū:quæ parallelipipeda continuantur
ad vnam ſoliditatem inſertis aliis duobus
iuxta rationem continui competētis,quod
a græcis appellatur ἀναλογία συνεχής.Qua

tenus ergo hęc deſcriptio demõſtrat ſolida duo corpora:q̄ parallelepipeda Geometrici vocant,inſertis aliis ſimilibus ſolidis duobus continuari iuxta rationem continui competentis tam ex coaugmentatione q̄ ex diſſolutione fiet palam.



Deſcribitur parallelogrammũ,ideſt quadratura:quam limitant grææ literæ quatuor hæ Α Β Γ Δ: & huic quadraturæ ſuperimponitur aliud quadratum, quod cõtinetur literis Ε Ζ Θ Η.Et cõnectuntur Ε Α literæ. Item Ζ Β. Item Θ Δ. Item Η Γ & hoc facto completur vnum ſolidum ſiue parallelepipedũ.Huic aliud ſimile deſcribitur hoc modo per Ε Θ lineã eiicitur Θ Λ & item.Per Δ Θ eiicitur linea Θ ΞΙ & per Η Θ eiicit̃ linea Θ Κ:& ex nota Κ extẽdit̃ linea Κ Μ.Itẽ ex nota Μ deducit̃ linea Μ Λ ex nota item Ξ eiicitur linea Ξ Ο,& ex hiſdem Ξ item Ο notis aguntur in directum duæ lineæ, vna Ξ Ν, altera Ο Π, & ſunt æquales, Ε Θ quidem lineæ Θ Λ linea Δ Θ vero lineæ Θ Ξ linea, Η Θ lineæ Θ Κ linea.Item æqualia parallelogramma Κ Θ Λ Μ Ξ Ο Π,& cõnectunt̃ Ν Κ Π Μ Ο Λ Ξ Θ.Eritq; hoc pacto ſolidũ natũ aliud ex hac deſcriptiõe.Dico igit̃ inter hęc duo ſimilia ſolida duo alia ſimilia ſolida iuxta rationẽ cõtinui cõpetẽtis inueniri:deduco enim per Ν Ξ lineã Ξ Υ lineã, per lineam Π Ο,Ο Φ lineam:per Μ Λ vero lineam Λ Τ lineam:per Α Δ item, Δ Σ lineam:per Β Γ lineam Γ Ρ lineam.& ſint æquales Ν Ξ linea Ξ Υ lineæ. Π Ο linea Ο Φ lineæ, Μ Λ linea Λ Τ lineæ. Α Δ linea Δ Σ lineæ. Β Γ linea Γ Ρ lineæ. Parallelogramma item ſunt æqualia:quæ in hiſdem ſunt quadraturis,& connectuntur Ξ Η Ξ Λ Φ Τ Τ Ρ & ſiqua alia altera, eruntq; expreſſe connexa. iiii. ſolida. Quatenus hoc probatur. Vt enim eſt Ε Θ latus iuxta Θ Λ latus,ita in longum erit Ε Ζ Θ Η parallelogrammum iuxta Θ Η Τ Λ parallelogrammum.Erit ergo etiam Α Β Γ Δ Ε Ζ Η Θ ſolidum iuxta Δ Γ Ρ Σ Θ Η Τ Λ ſolidũ.Atenim latera ſupra cõprehenſa habent aduerſum ſe competentem modum, vtpote quę ſub iiſdem quadraturis ſunt.Quadraturæ item ſibi cõpetunt:quia ſunt ſub eadem altitudine & ſolida.ergo ſupradicta habebũt aduerſum ſe competentem parilitatem.Rurſum vt eſt Δ Θ latus iuxta Θ Ξ latus in altitudine, ita erit Θ Δ Γ Η parallelogrammum iuxta Θ Ξ Υ Η parallelogrammum.Erit ergo etiam Δ Γ Ε Σ Θ Η Τ Λ ſolidum iuxta Θ Η Τ Λ Ξ Υ Φ Ο ſolidum. Atenim latera ſupra comprehenſa habẽt aduerſum ſe competentẽ modum, vtpote quæ ſub iiſdem quadraturis ſint. Quadraturæ quoq; ſibi competunt:quia ſunt ſub eadem altitudine:& ſolida ergo ſupradicta habebunt aduerſum ſe competentem parilitatem.Rurſum vt eſt Η Θ latus iuxta Θ Κ latus in altitudine,ita erit Θ Η Τ Λ parallelogrammum iuxta Κ Θ Λ Μ parallelogrammum. Erit ergo etiam Θ Η Τ Λ Ξ Υ Φ Ο ſolidum iuxta Κ Θ Λ Μ Η Ξ Ο Π ſolidum. Atenim latera ſupra comprehenſa habent inter ſe analogiam, vtpote quæ ſub iiſdem quadraturis ſunt. Quadraturæ quoq; ſibi competunt:quia ſunt ſub eadẽ altitudine:& ſolida ergo ſupradicta habebunt aduerſum ſe competẽtem parilitatẽ, Vt ergo Α Β Γ Δ Ε Ζ Η Θ ſolidum, iuxta Δ Γ Ρ Σ Θ Η

Τ Λ,ſic hoc ipſum ſolidum iuxta Θ Η Τ Λ Ξ Υ Φ Ο ſolidū.& itē hoc ipſum iuxta
-Χ Θ Λ Μ Η Ξ Ο Π ſolidum. Quo pacto oſtenſum eſt duum ſolidorum parallelepi
pedorum ſimilium duo media ſolida parallelepipeda iuxta rationem continui cō
petentis inueniri:quod oportebat oſtendi.

Quæſtio. Dicet aliquis,duo quidem ſolida corpora interuallo longiore diſtantia coniūgi
duabus interiectis medietatibus iuxta rationem continui competentis ſufficien-
ter probari ſibi:ſed inter ignem terramq;quæ ſunt ſolida corpora, nullam appa-
rere ſimilitudinem,quando iuxta ipſum Platonem ignis quidem forma & figura
pyramoides eſſe dicatur.i.in modū pyramidis excreſcat:terra vero cubus ſit.hę
porro formæ nullam ex ſe ſimilitudinem mutuentur:quia non ſint æqualibus
angulis,quippe cubus omnis rectis eſt angulis.Ergo quia terra in cubica eſt figu
ra,rectos angulos habeat neceſſe eſt.At vero pyramidis anguli ꝓductiores ſunt
†acumine in †cacumine. Vbi autem nō ſunt æquales anguli:ne latera quidem erunt pro cō-
petenti:proptereaq; ſimilia ſui nō erūt.Quæ diſtātia corpora ſi alia duo ſolida in
teriecta continuabunt,impedietur hoc pacto cōtinuatio.Siquidem inter duo nō
Reſpōſio quælibet:ſed quæ ſimilia ſunt inuicem ſibi ſolida corpora inſeri debēt.Cui reſpō-
debitur hactenus memores nos eſſe debere eorum quibus Plato hāc ipſam diffi-
cultatem multo ante pręuidens,eos qui ita ſenſuri ſunt,ab errore reuocauerit.Di
xit enim,ſi meminimus ſimilitudinem,nō ſolum in formis & figuris:ſed etiam in
potentiis & qualitatibus quæri oportere:cum ita dixit.Cum in tribus ſiue nume
ris,ſeu molibus,ſeu potentiis,perinde erit medietas imo quemadmodum ſummi
tas medio.Quare ſi inter ignem & terram nulla eſt in ſpecie & velut in vultu ſi-
militudo,quærenda erit in naturis ac qualitatibus ipſorum elementorum , iuxta
quas faciunt aliquid ac patiuntur:& in his proprietatibus ex quibus vtriuſq; ele-
De ꝓprie menti vis & germanitas apprime deſignatur.Sunt igitur tam ignis q̄ terræ mul
tatib9 ele tæ quidem & aliæ proprietates:ſed quæ vel maxime vim earum proprietatum
mentorū. declarant, nimirum hæ . Ignis quidem acumen,ꝙ eſt acutus,& penetrans:dein
de ꝙ eſt tener, & delicata quadam ſubtilitate , tum ꝙ eſt mobilis , & ſemper
†retuſa. in motu . Terræ vero,ꝙ eſt †retunſa,ꝙ corpulenta,ꝙ ſemper immobilis. Hæ ve-
ro naturæ licet ſint contrariæ, habent tamen aliquam ex ipſa contrarietate pa-
rilitatem. Tam enim ſimilia ſimilibus,q̄ diſſimilia diſſimilibus cōparantur:& hęc
eſt analogia,ideſt ratio,continui cōpetentis.Quod enim eſt acumen aduerſum ob
tuſitatem:hoc ſubtilitas iuxta corpulentiā:& qđ ſubtilitas iuxta corpulentiā: hoc
mobilitas aduerſus immobilitatē.& ſi verteris vt id quod mediū eſt,extimū fiat:
quæ vero ſunt extima,ſingillatim in medio locentur:ſeruabitur analogiæ norma.
Quatenus igitur inter hæc duo ſolida corpora quorum eſt talis ſimilitudo qua-
lem demonſtrauimus:alia duo ſolida interiecta facient cōtinuationem iuxta ratio
nem continui competētis,docet arithmetica diſciplina . Si enim vicinum igni
elementum quod ſit : & ex quibus conflatum voluerimus inquirere : ſume-
mus ignis quidem de proximo duas virtutes ſubtilitatem:& mobilitatem:vnam
vero terræ,ideſt obtuſitatem : & inuenietur genitura ſecundi elementi:quod eſt
ſubter ignem,ideſt aeris.Eſt enim aer obtuſus,ſubtilis,mobilis. Rurſumq; ſi eius
elementi quod eſt vicinum terræ,ideſt aquę genituram conſideremus:ſumemus
duas quidem terræ virtutes,ideſt obtuſitatem,& corpulentiam:vnam vero ignis
ideſt motū,& exorietur aquæ ſubſtātia:quæ eſt corpus obtuſum,corpulentū,mo

bile. Atq; ita inter ignem & terram: aer & aqua de extimorum concretione naſcentur. Ex quibus conſtat Mundi continuatio. Conſeruatur autem hoc pacto analogia quoq; Geometrica iuxta rationem continui competentis. Vt enim ignis aduerſus aera: ſic aer aduerſum aquam: & demum aqua iuxta terram. Retrorſumq;, vt terra aduerſus aquam: ſic aqua aduerſus aera: & aer aduerſus ignem.

Hactenus de conſtitutione mundani corporis, & de materiarum ex quibus conſtat, germanitate diſſeritur. Quem cum factum eſſe, quia ſit corporeus, affirmet: & eundem indiſſolubilem, cum quæq; fiunt quæq; naſcuntur, facta diſſoluantur: nata occidant: vt huic quod eſt præter opinionem hominum medeatur: dicit a quo factus ſit: ex quibus conſtet: ad quod exemplum conſtitutus: qua de cauſa: quatenus æternitati propagatus.

Omnia enim quæ ſunt, vel Dei opera ſunt, vel naturæ, vel naturam imitantis hominis artificis. Operum naturalium origo & initium ſemina ſunt, quæ facta compræhenduntur. vel terræ viſceribus ad frugis arboreæ, cerealis ve prouentum: vel genitalium membrorum fœcunditate conceptum animalium germen adolentium: quorum omnium ortus in tempore. Par enim & æquæuum natale naturæ ac temporis. Ita naturæ opera, quia ortum habent ex eo quo eſſe cœperunt tempore: finem quoq; & occaſum intra ſeriem continuationemq; eius ſortita ſunt. At vero Dei operum origo & initium incompræhenſibile. Nulla enim certa nota, nullum indicium temporis ex quo eſſe cœperunt. Sola ſi forte cauſa & hæc ipſa vix intelligitur cur eorum quid quam ve ob cauſam exiſtat. Certum eſt ſiquidem nihil a Deo factum eſſe ſine cauſa. Vt igitur illis quæ lege naturæ procreantur, fundamenta ſunt ſemina: ita eorum quæ Deus inſtituit, funda menta ſunt cauſæ, quæ ſunt perſpicuæ diuinæ prouidentiæ. Deus autem ante inſtitutionem temporis, & per æuum. Simulacrum eſt enim tempus æui. Cauſę igitur operum omnium Dei, tempore antiquiores: & ſicut Deus per æuum, ſic etiam cauſæ per æuum. Quod ſequitur, vt quicquid a Deo fit, temporarium non ſit: quod temporarium non ſit, nulla temporis lege teneatur. Et tempus immutationem ætatis, morbo: ſenectutem occaſu inuehit. His ergo omnibus quod a Deo inſtituitur, immune eſt, origoq; eius cauſatiua eſt, non temporaria: & mundus ſenſilis eſt opus Dei. Origo igitur eius cauſatiua, non temporaria. Sic Mundus ſenſilis licet & corporeus, a Deo tamen factus atq; inſtitutus, æternus eſt.

Q. mundus & oia quę facta ſnut, diſſolubilia ſint.

Conſtat porro ex materiis illibatis atq; integris: ex omni, inquit, igni & ex vniuerſo ſpiritu, & ex cæteris, ſine vllius partis imminutione. Ita fit vt nulla ne minima quidem pars cuiuſlibet corporis extra ambitum mundi relicta ſit. Quæ quia omnia corpora, partim frigida, partim calida ſunt: nulla importuna frigoris caloris ve extrinſecus acceſſione moueant ægritudinem Mundo. Igitur extra neceſſitudinem incommodi poſitus, æternus eſt. Sed natura corporis fluida eſt: & Mundus conſtat ex corpore: ſed & detrimentum & interitus partium non in fluxu eſt: ſed in effluendo, ideſt extra fluendo. Amit

titur quippe id quod ex vniuerſitate defecerit. Intra mundum vero regeſtis omnibus, nihil certe extra mundi ambitum eſt. Ita quod ſecundum naturam corporis fluit: quo effluat non habet. Influit ergo, non effluit & ad ſummam vniuerſitatis iactura demum recurrens fatigatarum diuturnitate partium recreatio eſt.

D ¶ Quid, ꝙ inſtitutus eſt ad exemplum alterius intelligibilis & immutabilis perennitatis? Iam illud nemo dubitat: quæ ad ſimilitudinem inſtituuntur exempli ſempiterni, habere ſimilitudinem perpetuitatis: & perpetuitas in æuo eſt. Quare exemplum eſt intelligibilis mundus per æuum, id vero quod ad exemplum inſtitutum eſt, ſenſilis ſcilicet mundus: per tempora. Et temporis quidem

Propriū temporis & æui.


proprium, progredi. Aeui propria manſio, ſemperq; in idem perſeueratio. Temporis item partes, dies, menſes, noctes, & anni: Aeui partes nullæ. Temporis item ſpecies, præteritum, præſens, futurum. Aeui ſubſtantia vniformis in ſolo perpetuoq; præſenti. Mundus igitur intelligibilis ſemper eſt. Hic ſimulacrum eius ſemper fuit, eſt, & erit.

E De ortu animæ.

Hinc ad animæ mundi tractatum pergens Plato, prius illud curat quod præpoſtere de corporis eius conſtitutione, anteq̄ de inſpiratione animæ diſputatum ſit: cum animam corpore omni conſtet antiquiorem. Nec recedit ab inſtituto: vt quia mundū a Deo factum aſſeruit: animam quoq; eius factam eſſe a Deo dicat. Quod in hoc ſolo libro facere animaduertitur, æternarum rerum genituras comminiſci: credo propterea, ne ſi audiant homines eſſe quædam quæ fuerint ex origine nata, nunq̄ principatui ſummi Dei derogari putent: ſi pari atq; eadem ſint qua Deus, antiquitatis præſtantia, neſcientes longe aliter dici originem rerum æternarum, & item caducarum. Siquidem mortalium auctoritas & origo illa eſt quæ præcedit ortum cęterorum, vt origo eſt pater filii: & populorum atq; vrbiū, conditores earum. At vero diuinorum generum æternarumq; gentium origo & ars, non in anticipatione temporis: ſed dignitatis eminentia conſideratur. Vel ꝙ effecti operis pontificium & auctoritatem, manibus magis q̄ diſpoſitioni mentis ſoleamus aſcribere: vel ꝙ pleriq; ex mortali natura ſua diuinam naturam æſtimantes naſci omnia: neq; eſſe quicq̄ quod non natum ſit, exiſtimēt. Quorum animis ſic inſtitutis difficile perſuadeatur mundi eſſe auctorem Deum: niſi eum tanq̄ opifex aliquis manibus, cæterarumq; artium molitione conſtruxerit. Certe propoſitum ſcriptoris conſiderandum puto. Nam ſi id ageret in hoc libro principaliter, vt immortalem eſſe animam probaret: non conueniret animæ genituram comminiſci: propterea ꝙ cuncta quæ gignuntur intereunt. At vero cum de Mundi, hoc eſt vniuerſæ rei conſtitutione tractetur: ad præſens e re fuit, naſcentem & velut in lucem proditam inducere animam eius: quo audientes imaginarentur animæ formam aliquam, perinde vt eorum omniū quæ naſcuntur, vident. ¶ Itaq; Deus, inquit, tertiū genus animę excogitauit hoc pacto. Ex indiuidua ſemperq; in ſuo ſtatu perſeuerante ſubſtantia, Itemq; alia quæ inſeparabilis corporum comes per eadem corpora ſcindere ſe putatur, Tertium genus ſubſtantiæ mixtum locauit, medium inter

vtranq; ſubſtantiam,& cætera.Quid eſt quod ait,docet nos ſubſtantiam ſiue vt G
Cicero dicit, eſſentiam duplicē eſſe. Vnā indiuiduā,alterā per corpora diuiduā. Subſtātia
Et indiuiduam quidē eſſe eam cuius generis ſunt omnia æterna,& ſine corpore duplex.
quæ intelligibilia dicuntur.diuiduā vero:quæ corporibꝰ exiſtendi cauſa eſt:Vnū
quodq; eni corpus,eſt certe:quod vero eſt,habet eſſentiā. Et corpora multa ſunt:
vna vero diuidua eſſentia:quæ in cunctis corporibus inuenitur.Quæ igitur vna
in multis inuenitur:recte ſcindere ſe putatur,recteq; diuidua.Igitur ex his duabꝰ
ait opificem Deum tertium eſſentiæ genus miſcuiſſe,idq; medium locaſſe inter
vtranq; eſſentiam.Similiter docet naturam quoq; non eſſe ſimplicem:ſed bimē- Naturā
brem,& his duobus facit opificis iuſſu tertiū naturæ genus extitiſſe:quod ęque bimēbris.
medium poſitum eſſet inter vtranq; eſſentiam,indiuiduā videlicet,atq; diuiduā.
Quatenus ergo bimembris eſt natura ? Omnia inquit naturalia,vel eadē ſibi,vel
diuerſa ſunt:eadem genere:diuerſa ſpecie:vtputa homo,& item equus idem ſunt.
Nam & hoc & illud animal eſt.At vero ſpecie diuerſa ſunt.Alterum enim eorum
rationabile animal eſt:alterum irrationabile & mutum.& alterum bipes:alterum
quadrupes.Hęc igitur omnia exiſtentia,idem,& eſſentiam,& diuerſum,in vnam
(inquit)Deus ſpeciem cōmiſcuit:& effecit ex tribus vnum,idem diuerſum diui
duum. diuerſa illa natura difficile ſe commodante cōcretioni atq; adunationi ge
nerum.Rurſumq; vnum illud ex tribus concretum,diuiſit in partes:ita vt ſingu-
læ partes tres illas potentias obtinerēt:hoc eſt vt idem non ſolum idem eſſet: ſed
etiam ſubſtantia:& haberet aliqd ex diuerſitate:eſſentia quoq; & eſſentia eſſet & H
idem & diuerſum.Diuerſum quoq;,& diuerſum eſſet & eſſentia:& haberet ali- Diuiduā
quid ex eo quod idem vocatur.❡Diſceptatū eſt tamen a veteribus quæ ſit quæ & indiui-
a Platone dicitur indiuidua:quæ item diuidua ſubſtantia,ex quibus mundi ſenſi- dua ſub-
lis fabricator Deus tertiū ſubſtantiæ genus:quāve ob cauſam cōflauerit.Nū ſpe ſtantia.
ciem intelligibilis mundi,ad cuius ſimilitudinem formas mente conceptas ad cor
pora transferebat,indiuiduam ſubſtantiam nūcupauerit.Diuiduam vero:ſyluam
quę velut exordium & fons eſt corporum:ita vt tertium illud mixtum ſubſtantię
genus,formam eſſe intelligendum ſit:qua informata ſint tam mundi q̃ cætera
quæ mundus complectitur,corpora:an potius indiuiduam Plato ſubſtantiam cē
ſeat eminentiorem animam:quæ nulli ſit corporationi obnoxia:cuiuſq; veneran-
da puritas nulla corporis contagione violetur:diuiduam vero ſubſtantiam illam
animam dicat:quæ non ſolum cunctis animalibus:ſed etiam ſtirpibus & arbori-
bus dat vigorem vitalem,vt ſit ex duabus conflatum tertium animæ genus ra-
tionabile,idcirco ne omnia muta eſſent,& ratione carerent:quæ vitam ſortiren-
tur corpora,videlicet animalia:ſed eſſet præterea genus animantium huiuſmodi
quod rationis diſciplinæq; & intellectus capax,diuini operis admirandam ratio-
nem diſpoſitionemq; intelligens,veneraretur mundani operis auctorem . Quod
itaq; ii qui ſpeciem intelligibilis mūdi,qđ ſemper eadem ſit,nec immutetur vnq̃;
putabāt a Platone indiuiduam ſubſtantiam dici,diuiduam porro ſyluam: nega-
bant habere rationem,cū mundi eſſet inſtituta generatio:Animantiq; quaſi mox
futuro quæreretur competens anima : illam animam,quæ tam mutis animalibꝰ
q̃ ſtirpibus & arboribus vitā daret eſſe vſpiā dici a Platone nondū natis animali
bꝰ:nec vero arboribꝰ,& cæteris qbus datura vitas foret. Proptereaq; indiuiduā
quidē ſubſtantiā mūdi intelligibilis ſpeciem,ad cuius ſimilitudinem formatus ſit

ſenſilis mundus Platonē cognominaſſe dicebant : diuiduā porro ſyluā. At vero ſi
qui ex diuidua ſubſtantia, ideſt inmuni ab incorporatiōe animæ: item alia inſepa
rabili corporum comite, ideſt ſtirpea conflatū tertiæ animę genus, ideſt rationa
bile aſſerebāt, ſic aſſiſtebant ſententiæ proprię. Primo omniū prępoſterū eſſe cū
de cōſtitutiōe mūdani corporis in ſuperiorib9 tractatū eſſet: finitoq; eo tractatu
peruentū foret ad animę geniturā: quę viuificaret ſenſilē mundū: rurſum ad prio
rem tractatū retrorſum iri: vt de ſylua & corporibus mundi, formaq; eorū tracta
tus de integro fieret: & a genitura animæ recederet: deide fruſtra dici animā ſtir-
†mundū. peā †mundi eſſe poſſe, nōdū eſſe poſſe, propterea quia quæ viuificatura erat ani-
malia nōdū eſſent. fuiſſe enim ſemper tā animę q̄ corporis vim, nec Deū ex his q̄
nō erant feciſſe mundū: ſed ea quæ erant ſine ordine ac modo ordinaſſe. Itaq; po-
tius ea quæ exiſtebāt exornaſſe: q̄ generaſſe ea quę nō erant. Inordinatos quippe
animi errores, & agitationē fluctibus ſimilē, intellectu aſſignato ex inordinata ia
ctatiōe ad ordinē redegiſſe. Corporis etiā motū inſtabilē ſalubri moderataq; agi
tatione frenaſſe: & eidem formā & figurā congruā & cōueniētē ornatū dediſſe:
vt ipſe in ſuperioribus dixit, meliorē ordinatorū fortunā inordinatis ratus. Qua-
re cū ſenſili mundo conueniens anima inſtituatur, ortū eius ex indiuidua vna, quę
mens intellectuſq; eſt: & alia quæ per vniuerſa corpora diuiditur & ſcinditur,
prouenire: eamq; inter indiuiduā & diuiduam mediam animas locatam, ſcilicet
vt immunis quidē ab incorporatione in mūdo eſſet intelligibili ſemp, ſtirpea mu
tis & item nihil ſentientibus opitularet͛. Hęc vero media: qa neceſſe erat in mun
do fore genus animaliū quod ratione vteretur: huic eidem generi vitā & ſpiritū
miniſtraret: interq; duas poſita naturas eandē diuerſamq; modo eiuſdem naturę
cōtemplaret͛ diuinitatē, attollens aciem ad ſublimia: modo ad ima: ſedēq; diuerſæ
naturæ vergēs: hæc etiā iuxta opificis ſcita diſpenſaret, terreniſq; impertiret pro
uidētiā. Deinde progrediēs vltra Plato demōſtrat ipſam partitionē. Vnā, inquit,
ſumpſit ex vniuerſo primitus portionē. Poſt quā duplicē eius quā ſumpſerat. Ter
tiā vero ſeſcuplā quidē ſecūdę: triplā vero primitus ſumptę. At vero quartā ſum
pſit duplicē ſecūdę. Quintā, triplā tertię. Sexta fuit aſſumptio partibus ſeptem q̄
prima propenſior. Septima ſex &.xx. partibus q̄ prima maior.



In hac forma viriū animæ tāq̄ e ſpeculo ſimulacrum reſultat
Forma pſygonia
Partitio quippe cōſideratio eſt viriū, ordinatioq; veluti mēbro
rum actuū eius officiorūq;: & omniū munerū deſignat cōgruē
Præcipue diſciplinę
tiam, tribus hoc aſſerētibus pręcipuis diſciplinis, Geometria,
Arithmetica, harmonica: ex qb9 Geometria vicē obtinet fun
Geometria.
damētorū: cęterę vero ſubſtructionis. Etenim qđ nullas partes
habet: proptereaq; ſub nullos ſenſus venit: eſt tamen & animo cernit͛, Geometrę
Linea.
notā appellant. Lineā vero ſine latitudine prolixitatem: quę in notas ſuas definit.
Supficies
Porro eam in qua eſt latitudo aliqua, ſuperficiem vocant: vt ſit ſuperficies nacta
Corpus.
latitudinem lōgitudo. Quod vero ex tribus cōſtat, ideſt longitudine, latitudine,
profunditate: ſolidū corpus cognomināt. Iſta ergo deſcriptio: q̄ partiū ex qb9 aīa
dicit͛ conſtare, geniturā ſeu coaugmentationē deliniat: oſtēdit rationē animę cor
poriſq; cōiungi. Quippe corpus animalium quod inſpiratur animę vigore, habet
certe ſuperficiem, habet etiam ſoliditatē. Quæ igitur cū vitali vigore penetratura
erat tam ſuperficiem q̄ ſoliditatē: ſimiles ſoliditati: ſimiles etiam ſuperficiei vires

habere debuit.Siquidem paria paribus congregantur.Vnã igitur primitus ſum
pſit,inquit,ex vniuerſo portionem.Quo vniuerſo?Quod ex tribus in vnã ſpeciem
redactũ,ſicut ſupra demonſtrauit,eſſentia videlicet & eodẽ & diuerſo diuidebat.
Portionis quoqꝫ elocutio notanda eſt,Non enĩ partẽ quippe ſimplicis & incorpo Portio &
reę rei:ſed portionẽ.i.partis inſtar dixit eſſe ſublatũ:qᵈ eſt geometricę illius notę pars.
ſimile.Poſtea duplicem eius ſumpſit quã ſumpſerat:hoc eſt duo,quę ſubter vnum
poſita ſunt in lęua parte formulæ.Tertio ſeſcuplã quidem ſecundæ:triplam vero
primitus ſumptæ.Merito.Tria enim aduerſum duo ſeſcupli ratione pręcellunt.
Cõſtant enim tria ex duobus,& item vno qᵈ duum dimidia pars eſt.Quarto du
plicem ſecundæ,ideo quia bis duo quatuor.Quinto triplam tertiæ,id eſt nouem.
Ter enim tria nouem ſunt.Sexta fuit ſumptio partibus ſeptem q̃ prima propen-
ſior,id eſt in numero.viii.qui eſt vltimus in eo latere quod ex paribus numeris eſt
ordinatũ.Septima ſex &.xx.partibus q̃ prima maior:hoc eſt.xxvii.qui numerus
tantũdem valet quantum octonarius vt docebo.Apex ergo numerorum,ſingula
ritas ſine vllis partibꝰ:vt geometrica nota:cuiꝰ duplũ linea ſine latitudine lõgitu
do:lineæ duplũ ſuperficies:quæ eſt ꝓlixitas cũ latitudine:cuius duplũ cubus.Cor
pus per longũ,latũ,profundũqꝫ diuiſum:bis duo bis quod eſt octo.Eodẽqꝫ modo
iuxta rationẽ tripli in altero latere numerorũ germanitas reperitur.Cubuſqꝫ q eſt
in ſumma.xxvii.primus eſt imparis numeri cubus.Ter enĩ tria ter,cõficiunt ſum-
mam ſupradictam.Igitur ſecũdũ rationẽ cõtinui cõpetẽtis:quæ eſt ratio geome
trica:quod valent octo aduerſum quatuor,hoc.iiii.aduerſum duo:& duo aduer-
ſum vnũ.¶Quęritᷣ hoc loco primo qdẽ cur intãtũ produxerit diuiſionẽ:vt ſeptẽ Quæſtio.
cõſtitueret limites:terna aũt in vtriſqꝫ lateribꝰ interualla tã in eo qᵈ ex duplicibꝰ
& paribus numeris eſt ordinatũ,q̃ in eo qᵈ ex triplicibꝰ & iparibꝰ.Deinde quos
oporteat numeros imponere partibus.Si enĩ partẽ primã ſingularitatẽ ſemꝑ po
ſuerimus:& deinceps cętera ſecundũ deſcriptionẽ:inter hos numeros duos alios
qui cõpleãt vniuerſam interuallorũ cõtinuationẽ,ſicut iubet fieri,minime inuenie
mus.Tertio,qualis debeat eſſe forma deſcriptiõis.Qᵈ igitᷣ ex tribus pricipe loco
diximus quęri ſolere,hoc primũ demõſtrãdũ erit:rationabiliter ſeptẽ limites eſſe
digeſtos:quibus interualla ſex cõtinentᷣ.Erit aũt probatio auctoritatibus nixa.Et De ſepte-
enĩ ſeptenarius numerus laudatᷣ a Pythagoreis vt optimus & naturaliſſimus & nario nu-
ſufficiẽtiſſimꝰ.Nã ꝑfectus qdẽ numerus eſt decẽ:ideo ꝙ a ſingularitate orſi vſqꝫ mero.
ad decẽ numerũ numeramus:reſidua vero numeratio nõ tã numeratio eſt q̃ eo-
rũdẽ numerorũ quibus ante vſi ſumus,in numerando replicatio.Vndecim &.xii.
& cęteri tales naſcuntur ex pręcedentium replicatione.Quẽ quidẽ decumanũ nu Quadra-
merũ Pythagorici appellant primam quadraturam:propterea ꝙ ex primis qua tura pria.
tuor numeris conſit,vno,duobus,tribus,quatuor.Symphoniæ quoqꝫ ratio ex eo
rũdẽ numerorũ q decumanũ numerũ cõplẽt:quaſi quodã fonte demanat.Siqdẽ
ex his epitriti & ſeſcuplares & duplices & triplices & quadruplices nũeri ſoniqꝫ
naſcuntᷣ.Epitriti quidẽ:vt quatuor aduerſum tres:habent enĩ totũ numerum ter
narium:& eius tertiam partem,id eſt vnum.Seſcuplares vero vt tres aduerſum
duos:habẽt enim tres totum numerum dualem,& eius partem dimidiam,id eſt
vnum.Duplices vero,vt ſunt duo aduerſus vnum.Triplices vero:vt ſunt tres ad
uerſum vnum.Et quadruplices,vt ſunt quatuor ad vnum.Epitritus autem in cal
culando idem eſt q diateſſaron dicitur in canendo,Seſcuplaris vero idẽ eſt q dia


pente dicitur in canendo. Duplex vero, qui diapaſon. Quadruplex, q̃ diſdiapaſon.
Deinde alia quoq; ſeptenarii numeri proprietas conſideratur: quã cæteri numeri
nõ habẽt, Siquidẽ cũ alii qui finibus decumani numeri cõtinent̃, partim alios ipſi
pariant, partim ab aliis pariantur, partim & pariant alios & pariantur ab aliis: ſo
lus ſeptenarius numerus, neq; gignat ex ſe alium numerum infra decumanũ limi
tem, neq; a quoq̃ ipſe naſcatur: etenim duo duplicati pariunt quatuor numerum:
tria nullo duplicato naſcuntur: ipſa duplicata pariunt ſenarium numerum. Qua-
tuor numerus & paritur, & parit. Paritur quidẽ a bis duobus: parit autẽ duplica
tus octonarium numerum. Rurſum quinq; numerus a nullo naſcitur bis ſuppu-
tato: ipſe autem bis ſupputatus parit. x. & item ſex numerus naſcitur quidem ex
duplicato ternario: parit autem infra decumanũ limitem neminem. Octauus na-
ſcitur ex bis ſupputatis quatuor: ipſe neminem parit. Nonus naſcitur ex ter tri-
bus, ipſe autem neminem parit. Decimus naſcitur ex duplicato numero quinq;,
ipſe porro neminem parit. Itaq; omnibus partim naſcentibus, partim parienti-
bus: partim & naſcentibus & parientibus: ſolus ſeptenarius numerus: neq; ex du
plicatione naſcitur alterius alicuius: nec infra decumanum limitem parit quenq̃.
Septena- Propterea q; Minerua eſt a veteribus cognominatus. Item vt illa, ſine matre per-
rii ꝑſtãtia petuoq; virgo. Naturalis vero atq; optimus habetur idcirco: quia multa eorum
quę naturæ lege proueniunt, iuxta hũc numerũ fieri notantur. Principio ſeptima
ni partus ante cæteros legitimi ſunt in generis humani fœtibus. Deinde ꝙ poſt
partum ſeptimo menſe dentes aguntur: ſeptimo deinceps anno mutantur. Idem
quoq; ſecunda hebdomada pubertatem affert vtriq; ſexui gignendi & pariendi-
maturitatẽ. Tertia vero hebdomada oſtendit ſe flos & lanugo circa genas. Quar
ta vero hebdomada definiuntur incrementa ſtaturæ. Quinta plenam iuuenilis
ætatis affert perfectionem. In ægritudinibus quoq; iuxta eũdem numerum mo-
tus fieri vſus experiẽtiaq; docuit: & Hippocrates cum ſępe alias in plęriſq; libris
ſuis: tum etiã in his euidenter quos de hebdomadibus inſtituit, dinumerat quoq;
ſenſuum omnium qui ſunt in capite, ſeptem meatus, oculorum, aurium, narium,
atq; oris. Vitalia quoq; paris numeri, lingua, pulmo, cor, lien, hepar, duo renes. Vo
calium quoq; literarum numerus idem: ex quibus conſonantium confragroſitas
lęuigatur: Lunæ quoq; creſcentis & ſeneſcentis multiformis illa tranſſiguratio in
eodem numero ponitur. Siquidem de obſcura creſcente lumine fit bicornis: de-
hinc ſectilis: deinde dimidiato maior: dehinc plena, retrorſumq;, maior dimidiato:
ſectilis, bicornis. Quid ? ꝙ in mundo ſeptem ſunt planetæ diſtantes a ſe muſico
modulamine, ſicut ipſe teſtatur: cum dicit deum ſexies ſcidiſſe diuerſæ naturę cir
culum, ſeptemq; orbes impares eſſe fabricatum: qui contrariis motibus agitatio-
nibuſq; vertantur, iuxta dupli & tripli ſpatia: in quibus ſolem & lunam, & cęteros
erraticos ignes collocat: & limitũ quidẽ ſeptẽ ſic ratio præſtat̃. Interuallorũ vero
Ternarii ternorũ hãc dicũt eſſe rationẽ. Rurſus eni tria numerus alio quodã genere habet̃
excellẽtia optimus. Primus eni & ante oẽs ꝑfectus eſt, habẽs initiũ, finẽ, medietatẽ, q̃bus cre
ſcunt corpora: & iuxta q̃ corporea incrementa progrediunt̃. Quippe cũ interual
lũ vnũ lineã faciat: duo ſuperficiẽ, tria corpus diuiſum atq; diuiduũ: quo nihil eſt
perfectius. Tria enim hæc interualla corpus abſoluunt, longitudo, latitudo, ſolidi-
ditas. Certe tria primitus dicta ſunt omnia: quod de duobus dici nõ poteſt. Vtrũ
q; eni dicit̃ de duobus, Hæc igitur terna interualla in vtroq; latere deſcriptionis

ſita:ſex interualla conficiunt,& ſenarius numerus plenus & perfectus merito ha-
bet̄.Quippe q̄ ſit æqualis his partibus ex q̄bus ipſe cōſtet.Habet eni̅ dimidieta
tē in tribus,habet tertiā portionē in duob9:habet ſextā in vno:quæ ſimul atq; in
vnū collecta cōplent eundē. Deniq; qui ab eo quadratus naſcitur.i.triginta & ſex
numerus:Secunda dicitur quadratura,conſtans ex quatuor quidē imparibus nu
meris,hoc eſt vno,tribus,quinq;.ſeptē,& ex aliis parib9 numeris quatuor ęque.i.
duobus,quatuor,ſex,octo,Rurſum.liiii.numerus qui naſcitur ex triangulo ſupra
deſcripto Tertia quadratura cognominatur:quia cōtinet quatuor quidē limites
in duplici latere.hoc eſt,vnum,duo,quatuor,octo : quatuor vero alios in eo late-
re quod ex triplicibus compoſitum eſt,vno,tribus,nouem.xxvii.communi videli
cet accepta ſingularitate:q̄ eſt vtriuſq; lateris caput. Ideoq; ſingularitas par atq;
impar habetur.Iure igitur ſeptem quidem limites conſtituuntur.Terna vero per
vtrunq; latus interualla cernuntur.Nam ſingularitas initium eſt numerorum pa
ris & imparis: propterea q̄ par & impar habetur,& oēs in ſe formas numerorū
creditur continere,epipedam,triangularem,cubum.Quæ ſingula proſequi lon-
gum eſt.Sufficiat ergo demonſtraſſe rationem naſcentis animæ:quæ incorpora
tioni erat deſtinata:quod orſa a ſingularitate indiuidua,atq; incorporea re,grada
tim per lineam & ſuperficiem increuerit vſq; ad perfectum corpus,prolixitatis,
latitudinis,profunditatiſq; interuallis:proptereaq; tam ſubtilia q̄ ſolida penetret
mundi ſenſilis corpora. Nunc præſtanda eſt ratio formæ iſtius triangularis in
qua ſunt limites ſeptem,& ſex interualla duplicis & triplicis quantitatis.Nullam
dico eſſe aptiorem figuram q̄ eſt hæc in qua ſingularitas cacumini ſuperimpoſi-
ta,ſummitatem atq; arcem obtinere conſideratur:vt per eam velut emiſſaculum
quoddam tanq̄ e ſinu fontis perennis prouidę intelligentiæ,quaſi quidam largus
amnis efflueret:ipſaq; ſingularitas,mens ſiue intelligentia,vel ipſe Deus opifex in
telligatur eſſe.Cum enim ſit origo numerorum,omnibuſq; ex ſe ſubſtātiam ſub-
miniſtret,rationeſq; eorum tam ſimplices q̄ multiplicatas ipſa contineat:cæteris
numeris incrementis imminutionibuſq; mutatis,atq; ex propria natura receden
tibus:ſola inconcuſſo iure eſt,atq; in ſtatu ſuo perſeuerat.Semper eadē:ſemper
immutabilis:& ſingularitas ſemper:quemadmodum diuina omnia,quæ nulla tē-
poris ꝑgreſſiōe mutant̄: ſuntq; ſemꝑ impetibili felicitate.Deinde ꝓſequit̄ Plato.

Quibus ita diuiſis cōſequēter complebat interualla,duplicis,& triplicis quāti-
tatis ex vniuerſitate partes ſecans etiam nunc.Et ex his interuallorum ſpatia com
plens:quo ſingula interualla binis medietatibus fulcirentur. Medietatum porro
altera quota parte limitis extimi præcellebat vnum extimum limitem,tota præ-
cellebatur ab alio extimo limite.Altera pari ſumma & æquali ad numerum mo-
do præcellebat & præcellebatur ab extimis.Vt harmonici modulātes organa,in
ter duos extimarum fidiū limites grauiſſimæ hypates,& acutiſſimæ netes, alias
internectūt medias diſpari ſtrepitu tinnituq; chordas:quæ medię ſunt acutiores
quidem primo limite,grauiores autē vltimo:atq; ita per accentū ad acuminis po
ſtremi ſonū perueniūt,qua pererrāt digitorū & pectinis pulſus:ſic deus animā mū
di modulās:inducitur ſex illa interualla duplicis,triplicis quātitatis:ſingula binis
medietatibus ſtipans:ita vt vna ex duabus medietas potior ſit minore limite ter
tia parte eius:maiore autem limite inferior eadem tertia parte maioris limitis.

Deſcribenda eſt itaq; figura ſimilis eius : quæ paulo ſuperius exſcripta eſt,

ſolis ab ea numeris diſtans,ita vt maiores numeri contineantur:quorum interual
la binam medietatum capiant interiectionem.



Quia.vi.numerus facit vnum limitem & item.xii.ſecundum efficit limitem iuxta rationem duplicis quãtitatis,& a ſe diſtãt: interponũtur duæ medietates,vna octonarii numeri,altera nouenarii. Ergo.viii.nũerus aduerſum.vi.limitẽ cõparat⁹: prçcedit eũ tertia eiuſdem ſenarii limitis portione.i. duob⁹.Ipſe aũt p̃cedit̃ tertia portiõe. xii.limitis.i.quatuor.Sic vna medietas.viii. nũeri quota parte p̃cedit ſenariũ limitẽ,tota p̃cedit̃ a.xii.limite.Rurſum nouẽ medietas altera præcedit.vi. limitẽ tribus numeris:& prçceditur a.xii.limite iiſdem æque tribus : nec immerito . Octo enim aduerſus ſex comparata epitrito potiora ſunt.Epitritum autem dicunt interuallum quotiens numero ad numerum comparato maior minorem totum in ſe continet & eius tertiam portionem . Aeque . xii . limes aduerſus . ix . vnam ex medietatibus,comparatus , epitritus eius eſſe inuenitur . Continet enim totum.ix. & eius tertiam portionem.Rurſumq; duarum medietatũ interuallum epogdoũ eſt.Nouenarius enĩ numerus totũ octonariũ in ſe cõtinet,& ei⁹ octauã portionẽ, id eſt vnum.Sic duæ medietates præcellunt limites,& a limitibus præcellunt̃ duplici diuerſaq; ratione:altera partibus:altera numeris,ſicut oſtenſum eſt.Hęc eadem ratio etiam in triplicibus,numeris inuenitur.Sex enim limes vnus diſtans a decem & octo altero limite,interuallum quod interiacet triplum eſſe demonſtrat in altero formulæ latere . Sunt hic quoq; duæ medietates : vna in . ix . altera in xii.numeris.Nouenaria medietas aduerſum . vi . limitem comparata : ſeſcuplo ſuperat.Habet enim totum . vi. & eius dimidiam portionẽ,ideſt.iii. Eadem aduerſum . x . & . viii . limitem comparata duplo præceditur. Bis enim nouem decem & octo ſunt.Rurſum alia medietas,ideſt duodecim,ſi aduerſus ſex limitem comparetur duplo præcellit.Sin vero aduerſum alium qui maior eſt,ideſt . xviii. ſex numeris minor inuenit̃:qui ſex numeris æque potior erat ſenario limite.Hęc eadem ratio inuenitur inter alios quoq; duos limites dupli ratione diſtãtes, ideſt xii.& . xxiiii.Nã & hic medietas ſedecim,duodecim limitem epitriti ratione præcedit. Vigintiquatuor quoq; limes.xviii.medietatem epitriti ratione præcellit:& rurſum.xxiiii.limes aduerſum.xlviii.dupli ratione diſtat:& medietates habet, vnã trigintaduo:alteram.xxxvi. Trigintaduo medietas aduerſum.xxiiii.limitem comparata facit interuallum epitritæ quantitatis.habet enim totum.xxiiii.& eius tertiam portionem,ideſt octo.xlviii.vero limes.xxxvi.numeri,quæ medietas eſt altera,epitritus eſt.Cõtinet enim in ſe totum.xxxvi.numerum,& eius tertiam portionem,ideſt.xii.Trigintaſex enim &.xii.complent numerum.xlviii.Hæc eadem ratio inuenitur etiam in eo latere:quod ex triplicibus numeris eſt ordinatũ . Quia igitur.ix.& octo epogdoum faciunt ſpatium:& ex his duo limites dupli ratione diſtantes, ideſt ſex &.xii . complentur , recte dixit epogdoi ſpatio epitritorum omniũ interualla compleri . Rurſum enĩ decem & octo numerus aduerſum decẽ & ſex numerum epogdoi rationem obtinet:ex quibus duabus medietatibus epo

gdoum ſpatium habentibus.xii.limitis,&.xxiiii.æque limitis interuallum comple
tur.Rurſum.xxiiii.limitis &.xlviii.ſpatium complent duæ medietates epogdoę,
ideſt. xxxvi.&.xxxii.Euidenter itaq; epogdoi ſpatio epitritorum interualla com-
plētur.Deinde proſequitur. Ita vt ad perfectā cumulatamq; perfectionē deeſſet
aliquid epitrito:tantū ſcilicet quātum deeſt habita cōparatione ducentis.xliii.ad-
uerſum.cclvi.Quid eſt q̄ vult intelligi: dicam. Sed quæ ante dicenda ſunt prius
explicabo.Etenim quēadmodū articulatę vocis principales ſunt & maximę par-
tes nomina & verba:horum autem ſyllabę,ſyllabarum literę:quę ſunt primę vo-
ces indiuiduę atq; elementarię:ex his enim totius orationis conſtituitur continē
tia:& ad poſtremas eaſdē literas diſſolutio peruenit orationis: ita etiam canorę
vocis: quę a græcis ἐμμελὴς dicitur: & eſt modis numeriſq; compoſita: princi-
pales quidem partes ſunt hę quæ a muſicis appellantur συστήματα. hæc autem
ipſa conſtant ex certo tractu pronunciationis:quæ dicuntur διαστήματα.Diaſte-
matū porro ipſorū partes φθόγγοι ſunt,qui a nobis vocant̄ ſoni:hi aūt ſoni prima
ſunt fundamenta cantus.Eſt autem in ſonis differētia iuxta chordarum intenſio
nem.Siquidē acuti ſoni vehementius & citius percuſſo aere excitantur, grauio-
res autem quoties leniores & tardiores pulſus erunt. Et accentus quidem exiſtūt
ex nimio incitatoq; pulſu.Succentus vero leni & tardiore.Ex accētibus porro &
ſuccētibus variata ratiōe muſicę cantilena ſymphonia dicitur.Prima igitur ſym
phonia in quatuor primis modulis inuenitur:quę diateſſaron dicitur. Secunda
vero quę ex quinq; primis modulis conſtat,diapente cognominata eſt. Quibus
compoſitis in ordinem naſcitur ea cantilena quæ epogdous & diapaſon vocat̄.
propterea epogdous:quia veteres muſici octo ſolis chordis vtebantur:quarū pri
ceps erat hypate edens grauiſſimū ſonum: vltima vero nete edens acutum. Qui
duo diuerſi ſoni habent inter ſe miro quodam genere concentū & conſonantiā.
Poſt vero aucta muſica eſt aſſumptis in vtrāq; partē pluribus fidibus:priores ta
men ſymphonię perſeuerant in ſuo nomine:& ex his hę quę addebātur cōpone-
bantur:vt diapaſon adiuncta ſibi ea quę diateſſaron dicitur, adiuncta quoq; alia
diapēte,accepit duplicē perfectionē:proptereaq; diſdiapaſon vocatur. Hos igit̄
cōcinētes ſibi inuicē ſonos:prim9 dicit̄ Pythagoras notaſſe & intellexiſſe habe-
re aliquā cum numeris germanitatem.Itaq; diateſſaron cantilenam dixit eandē
habere rationem quam habet epitritus in numeris. Rurſum diapēte ſymphoniā
habere rationē ſimilem eius quātitatis:quę eſt ſeſcuplaris in numeris. Diapaſon
vero vim obtinere duplicis quātitatis. Itaq; cōpatiōnē fecit huiuſmodi:vt diapa
ſon, & diateſſaron ſymphonias tātam habere differentiā diceret quantā habēt
inter ſe octo & tria. Octo enim & duplex eſt, & bis epitritus trium numeri.
Rurſum diapaſon & diapēte rationem dixit habere tripli. At vero Diſdiapaſon
quadrupli. Tonon vero epogdoi. Hemitoniū quod dicitur:a veteribus aūt dieſis
appellabatur,limma cognoīauit. Limma vero eſt cū aliquid deeſt itegritati.Hoc
ipſum qd̄ deeſt, ideſt hemitoniū ſiue limma,dixit hanc habere rationem:quā ha
bent inter ſe numeri : ideſt ducentorum quinquagintaſex ſumma: aduerſus ſum
mam ducentorum quadragintatrium: experiendo ad diſciplinam harum rerum
atq; intellectum vocatus.Suſpendit enim,opinor,momenta pōderum certa chor
dis æqualibus tā in prolixitate q̄ in craſſitudine:& inuenit eum qui tonos dicit̄
i octo eſſe momētis, Ita ſymphonia muſicę,ſymphonię numerorū cōcinere inue

nitur. Quia igitur diapaſon ex duabus primigenis cantilenis, diateſſaron & dia-
pente conſtat: ratio autem diapaſon quidem in duplici quãtitate poſita inueni-
tur, diateſſaron vero in epitrito, diapente autem in ſeſcuplo: etiã is numerus: quẽ
in duplici quantitate diximus inueniri: conſtet neceſſe eſt ex epitrito & ſeſcuplo.
Etenim octo numerus ſex numeri epitritus eſt, octo vero numeri duodecim nu-
merus ſeſcuplaris. Duodecim igitur numerus ſex numeri duplex. Qui diuidi-
tur in epitritam rationem, ſcilicet duodecim aduerſum nouem, & aliam ſeſcupla
rem, ſcilicet nouem aduerſus ſex. Rurſum diapente aduerſum diateſſaron ſym-
phoniã p̃cellit vno tono. Quippe diapente conſtat ex tribus tonis & hemitonio:
diateſſarõ vero ex duob9 tonis et hemitonio. Ex quo apparet tonõ in epogdoa
ratiõe inueniri: & ſeſcuplum modũ epitrito modo potiorẽ eſſe ratione epogdoa
Siquidem ex ſeſcuplo, vtputa nouem aduerſum ſex, ſublato epitrito octo aduer
ſum ſex ſupereſt epogdous modus ideſt nouem aduerſum octo. Item quia diapa
ſon ſymphonia in duplici modo poſita inuenitur: diateſſaron autem in epitrita:
quod ex his conſit in ea ratione poſitum dinoſcitur: in qua eſt octo numerus ad
uerſum tria numerum. etenim trium epitrita ſunt. iiii. horum duplicia octo. Dia-
paſon autem & diapente in ratione tripla. Seſcuplaris enim & duplex ſimul cõ-
poſiti efficiunt hunc eundem ideſt decem & octo. Quippe nouem aduerſum ſex
comparatus ſeſcuplaris inuenitur: cuius decem et octo numerus duplex eſt. tri-
plex vero aduerſum ſex comparatus. Similiter etiam ea ſymphonia quæ diſdia-
paſon appellatur rationẽ obtinet quadrupli. Additus enim triplex numerus epi-
trito numero complet quadruplam quantitatem. Et diapente ſymphonia addita
diapaſon ſymphonię triplam efficit quantitatem. Diateſſaron vero ſymphonia
epitrita ratio eſt: vt ſępe iam diximus. Ex his autem diſdiapaſon conſtat ſym-
phonia. Etenim decem & octo numerus ſex numerum triplo anteit. Hunc ip-
ſum autem decem & octo numerũ epitrita ratiõe pręcellit. xxiiii. numerus. xxiiii.
autem numerus aduerſum ſex comparatus quater tantus eſt. Rurſumq; ſex nu-
meri epitritus eſt octonarius numerus. huius aũt ipſius triplus eſt is q in. xxiiii.
momentis inuenitur. Idẽ autem. xxiiii. numerus, ſex numeri quadruplus inueniť.

His ergo hunc in modũ peragratis: ad ordinationis ipſius cõſiderationem re
uertamur. Natis itaq; limitibus ſeſcuplorum: & item eorum quib9 accedit pars
ſui tertia (quod gen9 a gręcis epitritum dicitur) & item eorum quibus accedit
pars ſui octaua: qui numerus epogdous ab eiſdẽ vocatur: ex his nexibus illa pri
ma ſpatia, ideſt epogdoi, ſpatiis epitritorum omnium interualla cõplebãt. Quæ
igitur ſunt illa prima ſpatia? Illa ſcilicet quę continẽtur in primitus deſcripta for
ma: quę ex duplicibus numeris eſt ordinata: in qua naſcuntur ſeſcuplares & epi-
triti. In hac vero quę ſecundo loco deſcripta eſt inueniunť naſci epogdoi nume-
ri qui toni ſunt. Deinde ait epogdoi ſpatiis epitrita omnia compleri: hoc eſt illa
etiam epitrita: quę ſunt in ſeſcuplaribus numeris. Nam & in his epitrita ratio
cõtinetur: propterea q̧ epogdoa ſupputatione maior eſt ſeſcuplaris numerus
epitrito numero, ideſt vno tono. Eadem epitrita ratio etiam in duplici & triplici
quantitate cõtineatur neceſſe eſt: nec immerito. Prima enim ſymphonia eſt hæc
ipſa quę appellatur diateſſaron in epitrito modo poſita. Et quia epitritus nõ ſo-
lum ex duobus epogdois conſtat: ſed etiam ex alio quoq; aliquãtulo ſcilicet: ſicut
diateſſaron non ex ſolis duobus tonis cõſtat: ſed ex hemitonio, quod veteres lim-

ma appellabant. Huius quoq; rationis tractatũ habẽs dixit ſingulorũ epitritorũ eſſe quãdam portiunculam reliquã: hanc ipſam ſcilicet rationem hemitonii deſignans: quod ait tantum eſſe quantum deſit ducentis.xliii.aduerſum ducẽtos. lvi. quo minus ſit plenus epogdous numerus. Quare rurſum tertia eſt facienda deſcriptio quæ ſubeſt: vt non ſolum intelligendo, ſed vidẽdo etiã aſſequamur quid ſit & quãtum illud quod epitritis deeſt epogdoa ratione dimenſis. Sumuntur ita q; maiores numeri: vt totius vocis denſitas et omnis quaſi quędam conſtipatio procedat admittente id fieri maiorũ ſummarum capacitate.

¶Deſcriptio tertia: quæ eſt harmonica iuxta epogdoam rationẽ modulãs vtrãq; ſymphoniam diateſſaron & diapente.

	cxcii.	
T	ccxvi.	xxiiii.
T	ccxliii.	xxvii.
S	cclvi.	xiii.
T	cclxxxviii.	xxxii.
T	cccxxiiii.	xxxvi.
T	ccclxiiii.	xl.s.
S	ccclxxxiiii.	xcix.

Quis igitur primę portionis numerus conueniet inſtitutę ratiocinationi? Nimirũ cẽtũ nonagintaduo quã ſic inuenio. Sumo eũ qui ante oẽs numeros ex tribus partibus conſtat: ideſt ternariũ. Hunc octies ſibi complico: naſcetur.xxiiii.numerus. Hũc ipſum. xxiiii. numerum octies ſupputo. Inuenitur is qui quęrĩt numerus.cxcii. cuius tertia pars eſt. lxiiii. dimidia vero xcvi. Sed quia epogdoi rationẽ diſcutere inſtituimus adhibeo alium limitem diſtantem ab eo duplicem eiꝰ qui eſt in ſumma.ccclxxxiiii.dico numerum.cclvi.epitritum eſſe eius numeri quẽ conſtituimus ſummum limitem, ideſt.cxcii.habet enim hunc ipſum.cxcii. & tertiam partem eius.lxiiii.cuius limitis.cxcii.epogdous numerus eſt.ccxvi.habet enĩ in ſe totum limitem.cxcii.& eius octauã partem.xxiiii. Huius ipſius.ccxvi. numeri epogdous eſt is qui eſt in ſumma.ccxliii. Continet enim. ccxvi. & eorum partẽ octauami ideſt. xxvii. At vero. cclvi. quem epitritum diximus eſſe. cxcii. numeri, epogdous eſt ei qui ſummam cõplet.cclxxxviii. Habet enim eundem & octauã partem eius.hoc eſt.xxxii. Huius ipſius numeri qui eſt in. cclxxxviii. epogdous numerus eſt.cccxxiiii.habens ipſum & octauam partem eius.hoc eſt.xxxvi. Rurſus ipſius numeri.cccxxiiii.epogdous numerus eſt is qui habet ſummã. ccclxiiii. ſemis.habet enim ipſum & eius octauam portionẽ.xl.ſemis. Superſunt duę ſummę.vna q̃ eſt in.cclvi.alia q̃ eſt in.ccxliii. Non poſſum dicere.cclvi.ducẽtorũ.xliii. epogdoũ eſſe. Non enim numero.cclvi.numerus.ccxliii.totus continetur, et eius octaua pars. Eſt etenim octaua pars ducentorum quadraginta trium, triginta et prope ſemis. At inter.cclxvi.& item.ccxliii.ſoli interſunt.xiii.numeri. Non igitur epogdoi ratio inter hos numeros conſeruari poteſt. Et quoniã epogdous in numeris idem eſt qui eſt in muſica tonos: perſpicuum eſt q̃tum ad complendum tonum deſit ſupradictis inter ſe numeris cõparatis. Nec vero integrũ hemitoniũ cõſeruari poteſt, vnde recte addit. Ita vt ad perfectã cumulatamq; perfectionem deeſſet aliquid epitrito.tantum ſcilicet quantum deeſt habita cõparatiõe. ccxliii. aduerſum.cclvi. Quę ratio inuenitur etiam in cęteris numeris: qui ſunt in formula. Certe cõueniẽs oratio diſputanti. Iſte enim Timęus qui in hoc libro tractat ex Pythagoræ magiſterio fuit: quẽ rationabiliter inducit Plato domeſticis & familiaribus ſibi probationibus vtentem, docere animę naturã cõgruere numeris: concinere etiã modulationibus muſicę. Nunc qm̃ ex quibus cõſtet anima mũdi virtutibus, velut ex partibus mẽbriſq; coagmentata, hiſdem virtutibus & quẽ

admodum natura eius numeris modiſq; conueniat palam factum eſt, ꝙ illud
propoſitum exequens ad hoc tractatum deſcenderit Plato, manifeſtandum eſt:
vt rationabili ductu ad deſtinatū operis effectum ratiōe hac via peruenerimus.
Vult igitur animam ſenſilis mundi tanq̄ permiſſa vſurpandi licentia naſci, cogni
tricem tamen rerum omnium: quę ſunt tam intelligibiles q̄ ſenſiles. Eſt porro Py
thagoricū dogma, ſimilia non niſi a ſimilibus ſuis cōpręhendi. Quod etiā Empe-
docles ſequens ait in ſuis verſibus.

Terram terreno comprendimus, æthera flammis,
Humorem liquido, noſtro ſpirabile flatu,
Pacem tranquillo, litem quoq; litigioſo.


Hæc quippe conſtituebat elemēta & initia vniuerſitatis: ex quibus animę quoq;
cenſebat conſtare ſubſtantiam. Proptereaq; penes eam oim rerum eſſe plenā ſciē
tiā, ſimili ſuo ſimilitudinem habentia cōpręhendentem. Atq; ipe etiam Plato hoc
ipſum aſſerens animam ex omnibus initiis conflat: vt & ipſorum initiorum & q̄
initia ſequuntur & prorſus omnium rerum exiſtentium ſcia eſſet, ac de omni-
bus iudicaret. Deniq; poſtq̄ cōmiſcuit eam ex iis virtutibus ex quibus cōponen
dam putauit & cōpoſitā diuiſit in partes iuxta quaſdā geometricas, & arithme-
ticas, & muſicas rationes, hoc addidit. Hanc ipſam, vnamq; eius ſeriem ſecuit in
longum: & ex vna duas fecit: eaſq; mediam medię in ſpeciem χ græcę literæ co-
arctauit curuauitq; in orbes quoad coirent inter ſe capita: orbemq; orbi ſic inſe-
ruit: vt alter eorum aduerſo, alter obliquo circuitu rotarentur. hoc addidit. Itaq;
vt eiuſdem diuerſaq; natura cum eſſentia mixtis coagmentata indigete motu &
orbiculata circuitione in ſeipſam reuertens cum aliquam vel diſſipabilem ſubſtā
tiam offenderit vel indiuiduam, facile recognoſcit quid ſit eiuſdem indiuiduæq;
quid item diuerſæ diſſolubiliſq; naturę, cauſaſq; omnium quę ꝓueniunt videt: et
ex iis quę acciduut quæ ſint futura metitur. Ex quo perſpicuum eſt: cum ſint an
tiquiſſima initia rerum eſſentia ſiue ſubſtantia: & hæc duplex: altera indiuidua,
diuidua altera: naturęq; gemina diuerſitas longe vetuſtiſſima, cōflatam animam
ex vtraq; ſubſtātia, eadēq; & itē natura diuerſa cōſtare ex oibus originibus. Ideo
q; naturā eius numerorū naturę maxime conuenire: quos cōſtet antiquiores eſſe
etiā ipſis geometricæ formis. Geometricę formę in aliquo numero inueniant̄ ne
ceſſe eſt: vt trium & .iiii. & item pluriū laterū figurę. Rurſumq; vocantur hexa-
hedra & octohedra initia. Hę quippe ſine numeris eſſe nō pñt. Numeros vero ſi
ne his formis eſſe nihil impedit. Sic igitur antiquiſſima numerorum initia eſſe
inueniūtur in omnibus rationibus. Ipſorum porro numerorū initia & principia
ſunt ſingularitas & item duitas. Siquidē has duas cæterorū numerorū origines
eſſe conſtat. Qua ratione concluditur animā ex duplici cōcretā ſubſtantia, gemi-
naq; natura numerorum potentiæ concinentem, viuificantēq; cœleſtia corpora
animaliaq; in quibus ratio ſit & diſciplina, habere oim rerū conſcientiā ex quarū
potentiis ipſa conſtet. ¶ Hęc eſt illa rationabilis anima mūdi: quæ gemina iuxta
meliorē naturā veneratione tutelam prębet inferioribus, diuinis diſpoſitionibus
obſequens, prouidentiā natiuis impertiēs, æternorum ſimilitudine ꝓpter cogna
tionē beata, diſſolubiliū rerū auxiliatrix & patrona: cuius in cōſulendo ratioci-
nādoq; virtutis in moribus hominis apparēt inſignia: qui cultor eximius dei di-
ligentiā manſuetis impertit animalibus. Hiſdē quippe virtutibus animę quibus

ſenſilis mundus fouetur: quando ad cęteros vitales vigores qui ſunt communes
hominibus & beſtiis, ſtirpibus etiam, ideſt creſcendi, mouendi ſemet, appetẽdiq;
& imaginandi, accedens ratio propriam hominis animam pficit: vt nõ ſolũ vitę
cõpos ſit: ſed etiã bene viuendi non deſit optio. Atq; ita naturalis & rationabilis Gñatio
item animæ contubernio vita hominum temperatur. Quod quidẽ verum eſſe te hominis.
ſtatur eminens quędam doctrina ſectę ſanctioris, & in cõpręhenſione diuinę rei Hebręi
prudentioris: quę perhibet Deum abſoluto illuſtratoq; ſenſili mũdo genus hoĩm & Chri-
inſtituentẽ corpus qdẽ eius pte humi ſumpta iuxta hãc effigiẽ ędificaſſe formaſ ſtiani.
ſeq;, vitam vero eidẽ ex cõuexis accerſiſſe cœleſtibus: pôſt quam intimis eius in-
ſpirationẽ proprio flatu intimaſſe: inſpirationẽ hanc Dei cõſilium animæq; cõſi
lium ſignificans: & ratio Dei Deus eſt humanis rebus conſulens. q̃ cauſa eſt ho-
minibus bene beateq; viuendi, ſi non cõceſſum ſibi munus ſummo á Deo negli-
gant. ¶ Ac de anima quidẽ mundi ex duabus eſſentiis eiuſdemq; & item natu Epilogus
ræ diuerſæ concretione conflata: deq; diuiſione eius iuxta rationes harmonicã,
arithmeticã, geometricã, facta, quove modo natura eius numeris ſoniſq; cõueni-
at, ſatis dictũ eſt. Nunc quẽadmodũ animę ſectio ſectioni cœleſtium membrorũ
inflexioniq; conueniat circulorũ, quorũ motibus concurrat animę conuerſio, p-
ſequemur. Artificialiter quippe ſatis agit: vt oſtendat animã pari qua cœleſtia ra
tione inſtitutã facile cognationẽ ſuã recognoſcere: vel quia dogma eius huiuſmo
di eſt: vniuerſi mot9 initiũ penes id eſſe qđ ex ſeipõ mouet, nec eſt quicq̃, niſi aïa, Mot9 vñ
quod ex ſe mouet. Vñ perſpicuũ eſt eãdẽ eſſe mũdi quoq; motus originẽ & cau initium.
ſam. Fert porro mũdus in gyrũ. Prius igit aïę motus gyris circuit anfractib9: vt
oẽ cœleſtis cõuexi corporeũ hiſdẽ orbitis circũferat. Q; aũt ex ſeipſa moueatur
aïa declarat, cũ differentiã faciens opinionũ & ſcientię dicit hęc. Vt igit ex eiuſ-
dem & diuerſi natura cũ eſſentia mixtis coagmentata indigete motu & orbicu-
lata circuitione in ſeipſam reuertens: cũ aliquã vel diſſipabilem ſubſtantiã offen-
derit, vel indiuiduã: facile recognoſcit quid ſit eiuſdẽ indiuiduęq;, quid item di-
uerſæ diſſolubiliſq; naturę: cauſaſq; oïum quę pueniunt videt: & ex iis quę acci-
dunt quæ ſint futura metitur: motuſq; eius rationabilis ſine voce ſine ſono: cum
quid ſenſile ſpectat: circuluſq; diuerſi generis ſine errore fertur veridico ſenſu: &
certa nunciante: cunctę aïæ rectę opiniones & dignæ credulitate naſcuntur. Por
ro cum indiuiduũ genus ſemperq; idem conſpexerit ea quę ſunt motu intimo fi
deliter nunciante, intellectus, & ſcientia cõualeſcunt. Quę quidẽ oïa in anima fie-
ri eidẽq; † inſigniri palam eſt. Hoc idem aliquanto apertius ſignificat in Phędro †inſignari
dicens ita. Omnis anima immortalis: quia qđ ſemper mouetur ſemper in vita ẽ. Aia imor
At vero qđ aliud mouet aliunde ſumpta virtute motus, pauſam mouendi patiẽs, talis.
pauſam quoq; patiatur neceſſe eſt. Solũ ergo quod ſeipm̃ mouet: vt quod nunq̃
motum ſuum deſerat: nunq̃ mouere ſe deſinit: quin cæteris etiam quæ motum
ex natura ſua non habent, fons & initiũ motus ſit. Initium porro ſine ortu: quan-
do quæ gignuntur ex initio creantur: ipſum porro ex nullo initio: nam ſi ex ali-
quo, initium non erit initium: quando cuncta quę gignuntur ex initio ſint opor-
tet. Et quia caret generatione, caret etiam morte. Quippe initio ſepulto neq; ip-
ſum ex aliquo reparabitur, nec quicq̃ ex eo. Nimirum enim ex initio cuncta quæ
ſunt in generatione ſubſiſtunt. Sic ergo motus quidem initium quod intimo &
genuino motu mouetur, hoc porro neq; naſci neq; emori fas eſt. Aut omne cœlũ

omnemq; geniturã labefactatam cõſiſtere, nec vllum remediũ fore:quo demũ q̃
moueri cõſeruationis rerũ exigat cauſa,recreentur.Quare oſtenſa immortalitate
eius qđ ex ſe mouetur, animę mẽtiſq; immortalitas reuelata eſt. Etenĩ omne cor
pus quod quidem habet intra ſe motuũ vigorẽ,cũ anima eſt:quod vero extra, ſi
ne aĩa:ſiquidẽ hæc animę natura ſit.Quod cum ita ſit, apparet animã ſolam eſſe
quæ ex ſeipſa moueatur:proptereaq; poſitã extra ortus interituſq; neceſſitatem.
Hanc igitur,inquit,cõſtitutionem Deus tanq̃ ſeriẽ in longũ ſcidit:& ex vna du-
as fecit: eaſq; mediam medię in ſpeciẽ χ literę gręcę coarctauit:curuauitq; in or-
bes quoad coirẽt inter ſe capita:orbẽq; orbi ſic inſeruit,vt alter eorũ aduerſo, al
ter obliquo circuitu rotarent.Et exterioris qdẽ circuli motũ eũdẽ ꝙ erat eiuſdẽ
naturę cognominauit: interioris autẽ diuerſum. Et exteriorẽ quidẽ circulũ quẽ
eũdẽ cognominatũ eſſe diximꝰ,a regione dextera ꝑ ſiniſtrũ latꝰ vſq; ad dexterũ
inflexit:diuerſum vero ꝑ diametrũ in ſiniſtrũ latꝰ eidẽ illi circũactiõi virtute põ-
tificioq; rotatꝰ dato.Vnã qppe,vt erat, eã & idiuiſam reliquit.Interiorẽ vero ſci
dit ſexies:ſeptẽq; ipares orbes fabricatꝰ eſt:iuxta dupli & tripli ſpatia:orbeſq; ip
ſos cõtraria ferri iuſſit agitatiõe. Ex quibꝰ ſeptẽ,tres quidẽ pari velocitate,qua-
tuor vero & ſibimetipſis & ad cõꝑationẽ cęterorũ diſpari diſſimiliq;,ſed cũ rõ-
Mũdi for ne,motu.¶Rurſum quo etiam ex ꝑtibꝰ aſtronomię aſſecutio tradat̃,aliquatenꝰ
ma rotun ea q̃ ad pręſentẽ tractatum pertinent:breuiter dilucideq; ꝑut natura eorum eſt
da. explicabuntur.Ait Plato mundi formã rotundã eſſe,& globoſam:terrã item glo-
boſam in medietate mundi ſitam,eamq; puncti quidẽ inſtar obtinere:qđ ad poſi
tionem pertinet:quod vero ad exiguitatem, notę,cum vniuerſæ rei magnitudi-
ne comparatam.Sed opinor dixiſſe hoc eũ nõ ſufficit:niſi hoc ita eſſe euidẽtibꝰ
oſtendatur rationibus.Quatenus igitur mundi forma teres & globoſa? Princi-
pio cœleſtium igniũ ortus velut emergentiũ ex imo, peragrationeſq; cum certis
exaltationibus:& deinceps deſcenſiõibus vſq; ad occaſuum ſubmerſionẽ, eorũq;
rurſum ipſorum ortus ex eodem loco:& item occaſus in occiduũ mare,teſtantur
ambire ſe diebus & noctibus cœli extimã ſuperficiẽ. Dehinc ꝙ ex qualibet re-
gione terræ dimidia:& in ſũmitate poſita mundi pars videatur a nobis, inferior
vero nõ videatur niſi dierũ & noctium vicibus et ſucceſſione ſuperior reddita,
obiecta & viſui noſtro obſiſtente terra. Tum ꝙ ex omni viſu omnes lineę vndiq;
uerſum porrectæ,vſq; ad extimos ambitus cœli æquales videãtur:ſimiliter vt cir
culi eius a puncto radii ꝑuenientes,vſq; ad extimã circũactionẽ æquali menſura
Hadir a- ſunt.Pręterea ꝙ ſignifer circulus obliqua vertigine leuans in ortu ſigna, certa ex
ſtrologi aduerſo conſiſtentia diametroq; diſtantia ſigna alia ſignis orientibus condat &
vertiginẽ premat in occaſum.Item vt in rotę vertigine: cuius cum certa pars aſcendat de
hãc vocãt ſcendit eius aduerſa:qđ in alia forma niſi in ſola rotunditate non prouenit.Sphę
ræ autẽ ſimilitudo in effigie terræ multimode cõpręhenditur: vel ꝙ non iiſdem
momentis tẽporum dies vbiq; illuceſcit:noxq; ſuccedẽs vmbras facit: ſed tã or-
tus q̃ occaſus in eois quidem citius fiunt,in occiduis vero regionibus tardius:vt
perſpicuũ ſit eſſe aliquã elatiorem eminentiam inter vtranq; cœli plagã:quę ob-
iecta priuſq̃ ſol fiat excelſior teneat noctis vmbras. Vel ꝙ lunę defectus idẽ vbi
q; eodemq; momento accidens:diuerſis tẽporibus notatur. Oriẽti quidẽ vicinis
regionibus tardius:cæteris vero pro locorũ diuerſitate,ꝓpter anfractus metaſq;
& naturales eminentias terræ: non iiſdem vbiq; curriculis illuſtrante ſole terræ

plagas:ideoq; luci eius ediuerſo terrenis vmbris etiamnum obſtantibus, & a lunæ illuſtratione prohibentibus: cum lunę labor nocturna tempeſtate fiat. Quid ꝙ globoſitas terræ liquido apparet: item aquiloni ſeptentrioniq; & item auſtro meridieiq; ſubiecta:cum ex vtraq; regione huc atq; illuc nocturnis itineribus commeantes incognitas ſibi ſtellas ſpectant cum admiratione nouitatis: cum ſit euidens non regionum ſtellas eſſe proprias : ſed homines impediri quo minus omnes videant ſciantq;, terræ molibus atq; exaggerationibus viſui obiectis:Ex quo concluditur terrã ſphærę globo ſimilem eſſe:cuius ex omnibus regionibus creſcere in molem ſupficies compræhẽdatur.Idem hoc etiã naturaliter intelligi & comprehendi poteſt.Siquidem omnia quę in aliquo ſunt pondere, vndiq; & ex qualibet parte directo tenore deſcendentia ad vnum punctum medietatis commeant, omnia deſcenſus rigidi tractus faciunt in modum & ſpeciem linearum a latiore exordio profectarum & anguſtiore ſemper trãmite vſq; ad pũcti ſedem peruenientium, eandem puncti ſedem æqualibus vndiq; circũſiſtentibus angulis:quæ eſt imago rotunditatis.Porro ꝙ omnia in qualicũq; pondere ſe ſtinent ad medium,ſic probatur:ꝙ etiã vi extrinſecus adhibita ſibi plæraq; põdera vbi primũ vis receſſerit ſecundũ naturam prona in terram ferantur: vt in iaculorum tormentis:quæ q̄diu viget pulſus ſuſpenſus volitare & ſecare auram videntur:vbi porro vis illa quæ impellebat, defecerit: cõuerſo mucrone deſcendũt ad terram quę medietas mundi eſt,feſtinantia.¶ Maris etiã & totius aquæ cum eſt in tranquillitate ſtabili,forma & ſpecies apparet globoſa. Quæ enim ſtãtes in littore videmus vltra fretum vt arborem turrẽve aut etiã in eodẽ freto nauem: hæc iacentes exęquata facie viſuq; cũ dorſo & ſupficie maris: aut omnino nõ videmꝰ:aut multo certe minora q̄ prius videbaut́,obſiſtẽte videlicet cõtẽplantibꝰ marina incuruitate.Atq; etiã in nauigãdo ſępenumero cũ de naui terra nõdum videretur,aſcenſa arbore viderunt nautę,ſcilicet vt pretexto oppoſitę molis emẽſo,libero iã ex altiore deſpectu ſubiecta vndiq; cõſiderentur. Artificialiter quoq; conſiderantes inuenimus aquę placidę & quieſcẽtis globoſitatẽ.Siquidem natura tributum ſit vt ex ſuperioribus locis humor in depreſſiora defluat. Sunt porro celſiora quidem ea quæ a puncto terrę plurimum diſtant:humiliora vero quæ minimum.Quare ſi ponamus aquę ſuperficiem planam & in directa linea poſitam Α Β Γ, dehinc a puncto terræ , vtputa Κ, ſurſum verſum ducatur linea Κ Β: cõiungantur autem extimæ ſuperficiei partes duabus lineis his Κ Α & Κ Γ, maiores erunt vtræq; lineæ Κ, Β lineæ comparatæ : quam ſi exęquare voluerimus, perueniet incrementum vſq; ad Β Η. & erit vera ſuperficies in Α Η Γ. Itaq; ex


Maris forma.



ſuperioribus partibus tam Α q̄ Γ fluet aqua in humiliorem Β, vſq; eo quoad completo vaſe a fundo Κ contegatur incremento aquæ etiam Β, & perueniatur vſq; ad Η, quoad æquabiliter ſe per omnia membra fundat aqua cum ambitu cumali. Ex quo perſpicuum eſt mariuã quoq; & totius aquę ſupficiẽ globoſam eſſe. Siquidem vna eadẽq; ſit ratio vniuerſitatis & partium.Qꝫ ſi quis ad cacumina montium prolixitatemq; & ſaxoſam aſperitatẽ deſpiciens,ſimilem dicet eſſe ad tornũ lęuigatę pilæ:hoc eſt deformitatẽ aſperorũ mõtiũ,nõ recte ſentit. Non eñ nos terram globum eſſe dicimus ſed globoſam:nec pilam ſed ſimilem pilę. Certe totius

terræ magnitudinem animo rationabiliter concipientes, veritatē nō viſu & ſen-
ſibus inueſtigamus:ſed ad rationis intelligentiæq; remedia potius examinationē
deducimus.Nunc iam quo pacto mediam mundi ſedem obtineat cōſiderabitur.
Opinor ſi media non eſt,atq; a medietatis rigore deflectit, nō ex omni & ex qua
libet ſui parte dimidietatē cœli ſupra ſe,dimidietatē vero alterā infra ſe habebit:
nec lineas porrectas ex qualibet nota & vſq; ad extremū ambitū mūdi peruenīē-
tes æquales inuicem & æqualia ſpatia linearū non eſſe nullus docet. minime er-
go a medietate deflectit. Qz vero cū amplitudine vniuerſę rei cōparata notę ob
tineat modū declaratur acie verutorū qui gnomones appellantur a mechanicis
†Solaris ad faciēdā † ſolariis vmbrā qua declarantur horę. Quippe mechanici horologia
inſtituentes,per omnes prouincias omneſq; etiam plagas habitabiles ſumunt ſi-
bi ꝓmiſcue atq; indifferenter horum ipſorū gnomonū mucrones ꝓ puncto &
medietate ſolſtitialis pilæ.Nec errant.ergo ſi eſt vna vera & medietas ſolſtitialis
pilæ: omnes autem notę atq; omnia puncta ex omni regione terrarum aſſequū
tur verā iſtam ſolis medietatem,perſpicuum eſt ꝙ omnis terra puncti vicem ha
beat aduerſum ſolis globum comparata.Sed de forma quidem totius mundi et
etiam terræ:hoc amplius de eiuſdem media poſitione:cōparatione quoq; aduer-
ſum vniuerſi corporis immenſitatē hactenus dictū. Sedenim cœlite ſphęra ver-
tente ſemet circa fixos et manentes ſemper polos continuantēq; eoſdē polos axē.
cui adhęret medio media tellus:comitatur vertiginē cœleſtis ſphęrę ſtellarū oim
pl̄s,et promiſcue ſigna cœleſtia gyris æquabiliter ex propria conuerſione diſtan
tibus depingentia circulos aduerſos atq; obuios axi. Quorum multitudo vincit
dinumerationem. Pauci tamen nobili celebres appellatione, quos ſcire vtile eſt
ad ſpectaculū cœleſtis choreæ.Vnus qui excelſo cognitoq; nobis & ꝑſpicuo po-
lo vicinus eſt:ſeptētrionalis appellatur ob cōſtellatū ſibi ſidus ſeptētrionis. Alter
aduerſus æqualis huic iuxta ſubmerſum latentēq; ſemꝑ polū,ipſe etiā latens,An-
tarctic9.Medius & maximus omniū bis diuidens ſphęrā ęquidialis:quē ἰσημερι
νὸν appellant ꝓpterea ꝙ ſubiectis ſibi regionibus terræ noctes oēs diebus oi-
bus ęquales exhibet.Nihiloq; minus in aliis quoq; minime ſubiectis ſibi regioni-
bus: quę Solis ortus & occaſus vidēt:cū idē ſol ad hunc ſe applicuerit circulū,pa
res horas diei noctiſq; metitur.Inter hunc porro & arctoos hac atq; illac duo tro
pici æſtiuus & brumalis,hic e regione noſtra vicinus Aquiloni ęſtiuus,brumalis
auſtro propinquus.Per quos obliquus curuatur ſignifer & ipſe maximus circu-
lus contingens tropicos ſingulis ſignis, ęſtiuū quidē cācro, brumalē autē capri-
corno.Idemq; ęquidialem bis ſecat circulum: & ipſe ab eo ſecatur toties per che
las & arietē:ſub quē luna & ſol ferunt᷑: cęteriq; ignes qui vocantur planetes,Phę
tindici non idēq; Saturnus,& Phaetō Iouis, Pyrois quoq; † Martis.Itē Lucifer Veneris
qui alio quoq; cenſet᷑ Heſperi nomine.Prꝫterea Stilbō mercuriale ſidus. Dicitur
etiā circulus finalis:quē noſter viſus imaginatur Horizon grꝫco nomine,limitās
mundū:diuidēſq; in duas partes iuxta hoim viſum:quando obiectu terrꝫ ſolum
id hemiſphęrium qđ ſuperne fuerit videtur:alterū interim lateat ſub auſtrali po-
lo:quē vt ait poeta,Sub pedibus ſtyx atra videt maneſq; profundi.Magn9 & ip
ſe & maximus ſecans gemina ſectiōe ęquidialē atq; Zodiacū. Vnde fit vt ſigno
rū diametro a ſe diſtantiū:alterū quidē in ortu:alterū appareat in occaſu. Hunc
autē ipſum bifariam diuidit meridialis qui μεσημβρινὸς dicit᷑. Maximus hic quoq;

per ambos curuatus polos. Sed qui rectus intelligitur aduerſus finalem quem
vrget, meridialis appellat̃:quia medio die per eum Sol excelſo itineris elatior ter Meridial̃.
ram directo deſpicit nutu.Sed æquidialis quidem & qui latera eius circũliſtunt Aeq̃dial̃.
tam magnitudine q̃ poſitione fixi confirmatiq;. Zodiacus autem magnitudine Zodiac9
quidem fixus & firmo cardine,poſitione etiam iuxta cœlum rata: iuxta nos ta-
men pręponderat pro obliquitate varie nutans,aliterq; nobis, atq; aliter aliis inſi
ſtens.Meridialis quoq; & item finalis, quod ad magnitudinem ſpectat, vigorati
ſunt:quippe maximi: ſed poſitione nutant per diuerſas terræ plagas, his & item
aliis ſe applicãtes.At vero vicini polis,ideſt ſeptẽtrionalis, & huic diuerſus antar
cticus,neq; magnitudine neq; poſitione ſolidati ſunt : ſed pro differentia regio-
num Aquilentanæ itemq; Auſtralis,apud quoſdam maiores,apud alios minores
putant̃:Cõtra meditulliũ tamẽ terrę,vbi ſub meridialẽ circulũ zona ſe porrigit
exuſta ardore flãmanti: proptereaq; inhabitabilis eſt vtriſq; polis illic viſibilibus
& perſpicuis,per quos limes it partes mundi determinans. Etiam illud addẽdũ,
cæteros circulos idipm̃ eſſe circulos,iuxta definitionẽ quæ docet circulũ eſſe pla
nã figurã,quã vna linea circũducta cõtineat.Itaq; ſingulos ſingulis lineis circũdu
ctis contineri.Signiferum vero ex multis conſtare in ſpeciem circuli tympano- Signifer
rum: in cuius latitudine ſignorum adumbrantur figuræ.Secar porro latitudinẽ
eius, circulus qui inter ſigna medius appellatur, exiſtens maximus,contingens Medius
vtrũq; tropicum,& ęquidialem bis ſecans.Reliqui extimi duo ſignferę latitudi-
nis circuli, huius ipſius qui inter ſigna medius vocatur,breuiores ſunt.



¶ Igitur fixæ quidem ſtellæ nec erran- Fixę ſtellę
tes & item poli cum maxima cunctaq;
amplexu proprio continẽte ſphæra,quæ
aplanes vocatur , circũferuntur vna ſim
pliciq; circa illam agitatione adhęrentes
ei: quaq; circũegerit circũactæ vnam &
eandem ſemper poſitionem obtinentes
ordinemq; immutabili tenore ſeruantes
neq; vnq̃ in †cõformatiõe vel in ortu vel † cõfirma
in quantitate vel etiam in colore admit- tione
tentes vllam mutationem.

¶ Sol vero & Luna & cæteri quinq; qui vocantur planetes, vna quidem ma- Planetes.
ioris globi conuerſione rapiuntur ab oriente in occidentem per dies ſingulos
item vt illæ ratæ atq; inerrabiles ſtellæ. Varias tamen alias agitationes facere vi-
dentur, cum vel in prętereuntis ſigni locum migrant tanq̃ vniuerſi globi motu
contrarios motus agentes,vel cum ab Aquilentanis ad Auſtralia & contra latio
re deflexione oberrant:atq; ab æſtiuo ad brumalem tropicum, & inde demum
ad æſtiuum reuertuntur. Cuius quidem cauſa eſſe ſigniferi orbis latitu-
do æſtimatur . Atq; etiam in ipſius Zodiaci latitudinem obliquam modo ad
Aquilonem,modo ad Auſtrum reuertentes, cum quidem Aquiloni ſe applicant

elatiores:cum vero Auſtro humiles cognominãtur,idq; ipſum nõ omnes perę q̃, ſed alię magis,quędã minus. Videt etiã nõnulla intuẽtib9 i quãtitate diuerſitas. Siquidẽ e lõginquo minores, de ꝓximo cũ ad ima vergũt maiores videantur ne ceſſe eſt: ꝓptereaq; etiam in motu nõ ęqua velocitas: ꝙ æqua ſignorũ dimenſa nõ ęquis videant cõficere tẽporib9:ſed citius quidẽ tunc cũ ex ꝓximitate maiores apparẽt:tardi9 vero cũ lõgius a terra remoti minores vident. ¶Euagatio tñ in latũ q̃ fit in Zodiaco,nõ ęqua eſt oĩm.Quippe ſolis minor q̃ cęterorũ ignium: tota eñ euagatio ſub vnius portionis ęſtimationẽ venit.Lunę vero & Luciferi iuxta opinionẽ veterũ virorũ longe maior ad duodecim fere portiones.Mercurii fere ad octo partes: Pyrois & Phaetontis ad quinq;: Saturni ad tres portiones.

Curſus Planetarũ

Obeunt porro ſigniferi orbis circulũ in longũ, ideſt qua finis exordiiq; confiniũ eſt, Luna quidẽ dierũ & noctium ſpatiis.xxvii.& tertia parte nocturni diurniq; dimẽſis.Sol itẽ anno,ideſt.ccclxv.diebus & ꝓpemodum quarta diurni & nocturni ſpatii.Lucifer & Stilbõ imparib9 quidẽ greſſib9, iiſdẽ tñ pene tẽporib9 quibus ſol,curſus cõficiũt,mõ incitato volatu cõpræhẽdẽtes eũ,modo pigro tractu demũ ab eodẽ cõpręhẽſi.Pyrois pene biennio. Phaetõ ꝓpe annis.xii.Phænõ triginta ãnis modico min9. Proptereaq; Solis pagratiõib9 effulſiõibuſq; & obſcurationib9,quas ortus & occaſus vocamus,minime cõcurrũt. Quippe Luna quidẽ poſt cõuẽtũ coitũq; ſolis:quia prior cõuenit ad deſtinatũ, prior veſperi ſemꝑ apparet:& exoriẽs matutina cõdit i occaſũ.Cõtra Phænõ,& Phaetõ, & Pyrois, quia tardi9 q̃ Sol ſignorũ ſpatia peragũt,tanq̃ ab eo cõpręhenſi,& ꝑteriti ſemꝑ veſpere occidẽtes exoriunt matutinę lucis auſpicio. Lucifer porro & Stilbõ cõcurrẽtes Soli,iuxtaq; eũ plerũq; comitãtes,cõpręhẽdẽtes etiã,& ab eo iuicẽ cõprehẽſi:ſi quidẽ veſꝑe orient:cõdent in aliã veſperã.Si matutino illuceſcẽt,in aliud mane mergent.Eteñ cęteris erraticis ſtellis a Sole lõgo interuallo recedẽtib9:vt plerũq; diametro diſtẽt:Stilbõ & Lucifer circa Solẽ ſemꝑ vident. Stilbõ quidẽ xx.momẽtis nõ ãplius.i.duab9 vni9 ſigni ptibus vel ad aqlonẽ vel nõnunq̃ ad auſtrũ ꝓgrẽſior. Veneris vero ꝓpe.l. momẽtis ad oriẽtẽ,occidẽtemq; diſcedẽs.

Ort9 varie dicit.

Ortus aũt varie dicit. Proprie quidẽ prima ſtellarũ & Solis effulſio:& vltra finalẽ circulũ elatio.Promiſce vero primus ſplẽdor Solis inuehentis diẽ.hunc poetę iubar,& iterdũ aurorã cognominãt.Tertia q̃ appellat achronicos,cũ Sole occidẽte aſtrũ diametro diſtãs in parte oriẽtis videt.Similiter occaſus† quippe equidẽ

†proprie Occaſus

prim9 deſcẽſus infra circulũ limitantẽ.Aliter tñ etiã prima ſtellę alicuius obſcuratio Sole obũbrãte.Tertia achrõicos, cũ Sole occidẽte diametro diſtãs mergit ſtella.

Ortuum differẽtię

Ortuũ vero & occaſuũ quorũ Sol auctor eſt:hoc eſt effulſionũ & occultationũ quidã matutini,quidã veſpertini ſunt.Matutinus ort9 dicitur quoties Solis ſplẽdore pręuẽto ſtella quępiã ante ortũ eius apparet,vt canicula.Veſpertin9 cũ poſt occaſum Solis primitus exoriens aſtrum videtur,vt Lunam nouam dicimus exoriri.

Occaſuũ differẽtię

Similiter occaſus matutinus quidẽ quoties ſtella ea quę pridie ante Solẽ orta erat,ꝓximante ſibi Sole ſplẽdore ei9 obũbrata obſcuratur et latet: vt Lunã videm9.Veſpertinus vero cũ in occaſu poſitã ſtellã aliquã Sol conſecutus primã eã coruſco ſplendore cõdit.

Ordo planetum.

Poſitionẽ vero atq; ordinẽ collocatiõis globorũ vel etiã orbiũ qb9 collocati ferunt Planetes:qdã ex Pythagoreis hãc eſſe dixerũt.Citimum quidẽ terrę pcipue eſſe Lunę globum. Poſt quẽ Mercurii ſecundo loco,ſupra quos Luciferi,ſuperq; eũ Solis.vltra quos globũ Martiũ,vlteri9 Iouiũ

Vltimū vero & vicinū aplani ſtelliſqꝫ adhęrētibus ei Saturniū ſidus. Scilicet vt inter planetas Sol medius locatus, cordis imo vitaliū cim pſtantiā obtinere intelligat. Cōſentit his Alexāder Mileſius ita dicēs. Alexāder Mileſius.

Sortitos celſis replicant anfractibus orbes.
Vicinum terris circūuolat aurea Luna.
Quā ſuper inuehitur Cillenius: alma ſuperni
Nectareum ridens late ſplendet Cytherea.
Quadrigis inuectus equis Sol igneus ambit
Quartus & ęthereas metas, quem deinde ſuperne
Deſpicit armipotens: ſextus Phaetontius ardor
Suſpicit excelſum brumali frigore ſidus.
Plectricanę citharę ſeptē diſcriminibus quos
Aſſimilās genitor concordi examine iunxit.

Pythagoreū dogma ē, rōne harmonica cōſtare mūdū cœleſtiaqꝫ diſtātia cōgruis Pythago- & cōſonis ſibi iuicē iteruallis ipetu nimio & velocitate raptatꝰ edere ſonos muſi ras cos. Quē ſecutus Eratoſthenes motu qdē ſtellarū ſonos muſicos edi cōſentit: ſed Eratoſthē ordinē collocatiōis nō eundē eſſe dicit. Stati qppe poſt Lunā ſecūdā altitudinē a nes. terra dat Soli, memorās fabuloſe Mercuriū cōmēta recēs a ſe lyra cū cœlū aſcenderet primitus tranſeuntē p ea quę motu planetū ad organicū modū pſonabant a ſe inuētę lyrę ſimilē miratū: q̄ imago a ſe inuēti operis in cœlo quoqꝫ reperiretur ſtellarū collocatiōe: quę cauſa eſſet cōcinētię recēſere primū ſe a terra trāſmiſiſſe Lunę globū, poſt quē ſupaſſe Solis: dehinc Mercurii Stilbōtis: & cæterorū cū aplani ſūma & excelſa. Mathematici tñ neqꝫ hāc neqꝫ vnā oēs ordiationē ſtel- Mathe- larū errantiū ponūt: ſed ſolē quidē poſt Lunā: vltra hūc autē quidā Mercuriū: qui matici



dā aūt aliū aliquē ex reſiduis collocāt. Plato etiā i hoc ipſo Timęo primā altitudinē a Terra vſqꝫ ad Lunarē circulum: ſecūdā vſqꝫ ad Solē liqdo dimēſꝰ eſt: etiā i politia nō ordinationē mō cōmemorās planetū: ſed ſinglo2 magnitudines, velocitates etiā colores hoc ē ſplēdores ac ſerenitates notās, axē cœlitē fuſo circuloſqꝫ axē ābiētes tā extimos & vicinos polis q̄ medios tres verticulis cōparās, Plato.

❡Supereſt vt tractatui q eſt habitus de ſtellis errātib9:illud addat̃: quaſdā earū
ſequaces eſſe,quas appellāt hypolipticas mathematici:vt Sol & Luna ſūt.hi quip
pe ignes nūq̄ ad p̄cedētia ſigna tranſitū faciūt:ſed ad ea ſemꝑ q̄ ſequunt̃,ꝓpter
eaq; nec ſubſiſtunt in motu nec regradantur vnq̄.Alias vero ſtellas nōnunq̄ p̄rei
Sequacitas planetarum. re,nōnunq̄ deſeri:vt cæterę quę interdū ſtare interdū redire ꝓ ſpiſſo motu vidē
tur.Eſt quippe ſequacitas viſum imaginatioq; ſtellæ velut ad ſequētia ſigna ꝑgē
tis,atq; ad orientē trāſeuntis:vt a Cancro ad Leonē.Statio vero viſum & imagi
Statio. natio ſtellæ diu manētis in eodē loco iuxta aliā fixā ſtellā nec errātem. Porro re
Regradatio. gradatio viſum & imaginatio ſtellę poſt ſtationē quaſi ad cōtrarium iter prioris
itineris prouectio.Quę oīa ita fieri nobis videntur:ſed reapſe non ita fiunt vt vi
dētur.Cauſa vero erroris in contēplando ea eſt,ꝙ cum per ꝓprios orbes ferant̃
ſeu globos iidē planetes,infraq; aplanos orbis excelſa,nobis e regione terrę vidē
tibus obiectu aerii corporis impediente aſpectū Zodiacū exteriorē orbē ꝑagra
re videant̃.Faciēdū ergo eſt:vt expoſitis demōſtratiſq; errorū cauſis falſa opinio
conquieſcat. Eſt igitur totius mundi talis cōſtitutio ex corporibus materiiſq;
integris prouidentiæ gubernaculis ad motum æternitati conueniētem directa:
motuiq; proprio ſimilem formam præferens globeam.Verum ad dinumeratio
nem conuerſioneſq; temporū, immutatiōeſq; & diuerſitatem terrenorum, ſtella
rum errantium varius motus neceſſarius omnibus qui nune accidunt prouenti
bus auctoritatem dedit. Quippe ſimplex atq; vniformis aplanos, vtpote eiuſdē
naturæ rata,atq; eadem ſemper conuerſio æqualis & ordinata:errantiū vero or
biculata quidem & ipſa:ſed neq; æqualis & inordinata et varia: nec vna ſed mul
tiformis.At vero ſub Luna vſq; ad nos omne genus motuū,omne etiā mutatio
†Eximiæ. num,ꝓrſus vt eſt in vetere verſu Neuii †Exuuiis rabies furarium examina mille.
Nanq; generatio, & item mors in iſto loco,incrementa quoq; & iminutiones:&
omnifaria cōmutatio,tranſitioq; ex locis ad loca.Quæ cunctę paſſiones originē
trahunt ex motu planetum.Qđ tamen hactenus hac ratione dicitur:nequis pu
tet illa de æterna & beata generatorū & occiduorū cauſa ſic eſſe diſpoſita:quin
potius illa quidem habere congruum felicitatis ſuę curſum,hæc vero ex accidē
ti quodā & aliquatenus conſentienti cum illis conſortio imitari quoad poſſunt
diuinā felicitatē. Vt enim vniuerſę rei motus ſimilis eſſet:ſempq; in orbem ro
taretur,ipſa hæc agitatio, vita,actus, atq; oꝑatio mūdi exiſtēs & vita diuina:ne
ceſſe fuit terrā mediā manere circa quā quę ꝑ mediū ferrent̃ irent.Terra porro
manente,ignē diuerſam regionē eapeſſere,leuē,altiuagā: quę materiā ſequebat̃.
Hiſq; late diſtantibus ratio poſcebat cęteras quoq; aeris,& item aquę materias
inſeri medias: continuandi totius corporis cauſa.His porro ad vnam veluti ſe
riem coutinuatis,demum erat neceſſe fore aliquam ad aliud, ex alio elemento
tranſfuſionem:cum eorum ſylua ſit vtrobiq; mutabilis:ipſarum autem materia
rum vis & natura contraria. Cauſa itaq; mutationum ex vario motu plane
tum. Nam ſi vna eademq; eſſet perinde vt fixarum ſtellarum circūuectio,vnum
ſemper eundemq; modum obſeruantibus oībus ſtellis,ne iſta quidem vlla proue
niret diuerſitas.At nunc cōuerſiones & ęquinoctia, ꝓceſſuſq; & regradatiōes,ꝑ
latitudinem,perq; altum maxime quidem Solis, & Lunæ,tum cęterorum quoq;
ſiderum,vices temporum mutant:& omnem iſtā importāt cōmutationem atq;
incōſtantiā.Quę quidem inconſtantia non ita vt nobis videtur, prouenit.Nulla

enim in diuinis actibus incōſtantia:ſed vt ita videatur fit ex eo ꝙ illis poſitis &
immobiliter adhęrētibus ꝓpriis circulis per quos ferūtur æquales ſemꝑ ordina
toq; greſſu, noſter viſus ferri ea ꝑ altiora cōuexa ſigniferi orbis imagineť,ex or
dinatiōe rati & ęquabilis mot9 naſcēte motu ꝑpoſtero iuxta viſum hominū cō- Motus
ſequenter.Eſt enim ęqualis quidē motus qui æqualia ſpatia æqualibus curricu- ęqualis.
lis tēporū cōficit ſine pigritia vel incitatiōe. Ordinatus vero in quo neq; reſiſtiť Ordinat9
nec retrorſum rediť:ſed ad ꝓxima quęq; moderato inceſſu ꝑuenitur. Videntur Motus
tamē nobis oēs quidē planetes non æquali motu:quidā tamē inordinata quoq; planetarū
agitatione ferri.Quā igitur cauſam dicemus huius erroris & pręitionis?Supra Erroris
memoratā a Pythagora intellectā: ꝙ cū in globis ſuis cōſiſtentes ferātur,ꝑ Zo- cauſæ.
diacū ferri languēte viſus acie puteň.Id adeo in aliquo ex errātibus immo in eo
per quē videntur oia Sole,cōſideretur.Sit eñ Zodiacus circulus ꝑ Α Β Γ Δ no
tas circūactus:cuius & vniuerſi mūdi in medietate poſita iuxta quod ſtipatā ma
nere dicimus terram,litera ſit Θ: per quā lineæ duę dirigantur bis ſecantes cir-
culum in ęqualia dimenſa quatuor,hę Α Γ, Β Δ. diametros vtraq; intelligať,Α in
exordio Arietis locatū,Β in exordio Cancri, Itē Γ i regione Librę, Δ Capricorni.




Ergo Sol accedēs ad Α face
re videť æquinoctium vernale
ad Β autē ęſtiuā cōuerſionem.
Itē ad Γ autūnale ęquinoctiū,
ad Δ hyemalem cōuerſionem.
Aequales ergo ꝑtes mūdi qua
tuor has Α Β, Β Γ, Γ Δ, Δ Α,
iniquis & iparibus tēporibus
videť circuire. Siquidē ex ęq-
noctio verno vſq; ad ęſtiuā cō
uerſionē ſpatiū cœli qđ inter-
iacet,fere.xc. quatuor & ſemis
diebus & noctibus cōficit. Ex
cōuerſione vero ęſtiua vſq; ad
autūnale æquinoctiū nonagintaduob9 & ſemis dieb9 & noctibus peruenit.Ab
autūnali porro æquinoctio pergens ad brumalē conuerſionem octogintaocto
diebus ꝑuenit:& octaua ꝑte vnius diei.Reſiduū itē ſpatiū qđ inter brumalē cō
uerſionē & vernū ęquinoctiū interiacet.xc.fere diebus & parte octaua diei cōfi-
cit.Proptereaq; omnē circuli meatum trecentis.lxv.diebus ac noctibus & parte
quarta diei propemodū obire cōſenſu oim creditur.E regione Geminorū tardiſ
ſimus:e finibus Sagittarii volucer.Medius in tranſitione tam Virginis ꝗ etiā Pi
ſciū. Fieri tamen nō pōt vt contra naturā ſuā diuinitate prędità faciant aliquid
vel patiantur inordinatum.Ex quo apparet per ſuum circulum & Solem & cęte
ras ſtellas meantes æquabiliter & ordinate nobis e regione terræ ſpectantibus
videri ꝑ Α Β Γ Δ circulū qui eſt non Solſtitialis ſed Zodiac9,meare. Quia igiť
nō ꝑ Zodiacū hūc circulū Sol:ſed ꝑ aliū Solſtitialē q eſt ei9 ꝓpri9 icedit: ſi qdē
vtriuſq; circuli pūctū vnū & idē eſſet in Θ:eadē rōne diuiſus Solſtitialis qua Zo
diacus, in hiſdem vitiis & iniquitatibus inueniretur, Eodemq; modo Α Β Γ Δ

circuli ꝑtes quatuor,pluribus has,paucioribꝰ alias obiret diebꝰ.Sed ſi hęc cõtra naturã ſiderũ falſo putare hoies ratio monſtrauerit,certe perſpicuũ erit illius globi per quem Sol mouetur punctum in Θ non eſſe. Ergo circulus Solis vel intra ſe continebit Θ: ſed non vt punctum vel medietatẽ: vel per idem Θ tranſiet : vel excludet omnino a gremio ſuo. Atenim per Θ ideſt Terrã ire Solẽ impoſſibile eſt.Conflagrabunt enim terrena Solis ardoribus:ſemperq; Solis globo ſuperiore exiſtente:dies erit perpetua:nec eidem ſuccedet nox,nunq̃ ſcilicet mergẽte Sole.Supereſt igitur vt Θ vel intra ambitum Solſtitialis circuli ſit,vel extra.Vtrũq; enim aſſumptum rationem habere mõſtrabitur.ideſt aut Θ intra Solſtitialis circuli ambitum eſſe,aut extra modo epicycli. Quæ quidẽ res inter mathematicos diſceptationẽ creauit.Siquidem aliis ſphæris eccentris, ideſt quæ terram intra ſe contineant quidem,ſed non vt punctum ſuum,vehi planetas aſſerunt: alii epicyclis potius hoc eſt a Terra ſeparatiuis: nec imminentibus ei globis. Sit igitur Solſtitialis eccentrus circulus Ε Ζ Η Κ, & habeat punctum ſub Ε Ζ ambitu immediate,ſcilicet vbi eſt Μ. Hoc igitur circulo in trecentas ſexagintaquinq; partes cũ quarta parte vnius portionis diuiſo, ad earundem partium exęquationẽ Ε Ζ quidem ambitus nonagintaquatuor ſemis portionibus continebit. Ζ Η vero nonaginta duum ſemis erit partium.Item Η Κ octoginta & octo partes habebit & vnius partis octauã.Reſiduus ambitus Κ Ε ex nonaginta conſtabit partibus & octaua vnius partis.



Neceſſe eſt itaq; vt cum Sol accedat ad eam partem in qua eſt Ε, nobis in pũcto agentibus mundi totius Θ ideſt Terra,& inde quoad poſſumus,intuentibus ſuper Α tunc ferri videatur : cum illa regio non Solſtitialis circuli ſed Zodiaci ſit multo altioris ſummitas:ad quam viſus nõ põt peruenire.Atq; ita per Θ Ζ ambitum means ęquabiliter,qui ambitus tribus cæteris maior eſt: pluribus vt neceſſe eſt diebus maiorẽ ambitum cõficiens, vbi ad Ζ peruenerit,ad Β perueniſſe videbitur: & tanq̃ Α Β peragrato ambitu ęqualẽ quartã partem Zodiaci circuli pluribus q̃ ratio ęquabilitatis exigit diebꝰ obiſſe creditur.Rurſumq; Ζ Η ambitu ſui circuli ſecũdę magnitudinis peragrato ęquabiliter diebus nonagintaduobus ſemis(Tot eñ partiũ eſt idẽ ambitus) vbi ad Η peruenerit videtur nobis ad Γ perueniſſe: & Β Γ ambitum velut æqualem priori paucioribus diebus emenſus.Eodẽq; modo Η Κ minimum ambitum luſtrans vtpote qui ſit in octoginta partibus & octaua:vbi totidẽ diebus obierit,ꝑueneritq; ad Κ, e regione Θ ſpectantibus videbitur quidẽ ferri ſupra Δ, putabitur autem Γ Δ ambitũ ęqualẽ cęteris paucioribus diebꝰ obiſſe.ſimiliq; erroris ꝑſeuerãtia Κ Ε ambitu emenſo nonaginta diebus & octaua parte iuxta numerũ portionũ,reprę ſentatuſq; demũ in Ε finito anniuerſario anfractu Δ Α ambitũ putatur emẽſus ęqualẽ cęteris iniquo & impari greſſu,nec in Ε exordiũ ſui circuli repræſentatus ſed in Α alieni ideſt Zodiaci circuli ſummitatem. Q: ſi duum circulo-

lorum, ideſt maioris Zodiaci, & minoris Solſtitialis eccentri duo puncta coniungantur: et fiat Μ Θ, deinde per hanc ducta perexerit Ν Ξ linea; quia Ε Ζ Η Κ circuli punctũ et medietas eſt Μ, æquales erunt lineę Ν Μ, Μ Ξ. Maior igitur eſt Ν Μ linea, q̃ Ξ Θ. multo igitur maior Ν Θ q̃ Θ Ξ. Cum ergo Sol per Ν feretur longius a terra remotus, ideſt a Θ, minor nobis videbitur e lõginquo, etiam tardiorq; q̃d fit iuxta quintam ſemis fere partem geminorum. Cum vero per Ξ feretur proximus terrę maior putabitur velociorq; intuẽtibus. Q̃d demum fit iuxta quintam ſemis partem Sagittarii. Mediæ vero tam ſtaturæ q̃ velocitatis: cum aut Piſces aut Virginem tranſiet. Et quoniam Solis motus intemperiem falſo putari demonſtrauimus in eccentris circulis: nunc ſi vt quidam putant per epicyclos globos fertur, nihilominus moderatis eum greſſibus temperatiſq; cõficere annuos curſus expoſita epicyclorum forma docebimus. Epicyclus dicitur globus qui per aliquem circulum fertur. Sit igitur etiam nunc Zodiacus circulus quem limitant notæ Α Β Γ Δ. Solſtitialis vero excludens Zodiaci circuli punctum, ideſt Ε Ζ Η Κ, habens ipſe proprium punctum Μ. & a puncto quidem Θ interuallo autẽ Μ, deſcribat circulus Μ Ο Ν Ξ: & Ε Ζ Η Κ epicyclus intelligať cũ vniuerſi mũdi vertigine rapi ſimiliter vt cæteri ignes ab oriente in occidentẽ raptatu quotidiano: ferri tñ naturaliter aduerſum totius mundi volatũ: Solq; rurſus in eodẽ epicyclo conſtitutus, iuxta totius mũdi verſionem moueri. Epicyclus




Ergo Ε Ζ Η Κ epicyclus per deſcriptum Μ Ο Ν Ξ circulum naturali motu means contra q̃ mouetur totius mundi raptatio, moderate & æquabiliter anni ſpatio curſum iſtũ cõficiat. Solq; item in hoc eodem epicyclo cõſtitutus, epicycli quidẽ ſui motui contrarium motũ moliatur, mundi vero totius comitatum ſequatur. Ibit ergo Ε Ζ Η Κ epicyclus per Μ Ο Ν Ξ circulum gradiens: & cum peruenerit ad Ο literam, quartã mundi partẽ obibit. Tunc Sol ab Ε ad Κ perget. Erit ergo Sol vbi & Ο litera. Nobis tamen a terra ideſt Θ ſpectantibus directa viſus acie videtur eſſe apud notam Β. Ita cũ quartam confecerit Mũdi partem, minorem quartam confeciſſe videbitur. Ac rurſus idem epicyclus e regione Ο literæ ꝓfectus ꝑueniat ad Ν, & Sol a Κ ad Η perget, erit vbi eſt Ν. Nobis tñ directo viſu intuentibus videbitur eſſe vbi Γ litera. Ita cum æqualẽ quartã mundi partẽ cõfecerit a litera Β vſq; ad Γ literã, maiorẽ quartã citius & incitatius videbiť peragraſſe. Rurſum idẽ epicyclus cõficiat aliã Mũdi ęqualẽ partẽ, ideſt Ν Ξ. Sol quoq; itẽ vt in priorib9 ab Η ad Ζ pergat: erit vbi eſt Ξ: nobis aũt videbiť vbi eſt Δ litera. Ita cũ æqualem quartam mundi partem peragrauerit, maiorem peragraſſe putabitur Γ Δ Zodiaci circuli. Reſiduum demũ quadrantem Ξ Μ idem obeat epicyclus: & cum peruenerit ad Ε repræſentatus poſt annum loco ſuo

videbitur tũc eſſe Sol vbi eſt Α,& putabit̃ zodiaci circuli obrepiſſe metam Δ Λ. Qua ratiõe palã fit etiã ſecũdũ epicycli motũ ea quæ vident̃ nobis aliter q̄ re ab ſe fiãt videri. Tardior erĩ & minor viſu videt̃ Sol cũ velut in Geminis erit. Maximus vero & incitatiſſimꝰ cũ velut in Sagittario. nec immerito. Quippe Θ Ζ Η Κ epicyclo moto per Μ Ο Η Ζ circulũ, Sol ab Ε ad Κ pergens, cõtra q̄ feratur epicyclus ſuus moram faciens, tardius ad Ο deferetur, tardiuſq; Μ Ο obibit ambitum, multoq; tardius Zodiaci circulus Α Β regionem exiſtimatur obiſſe. Et rurſum epicyclo ſupradicto moto ad Ο Ν ambitum ſol demum ab Κ ad Η pergens incurrere videbitur mundi circũactioni, et adiutus ab ea propere et citius obire zodiaci quadrantem. Eodemq; modo epicyclo moto per Η Ζ ambitum, Sol demũ ab Η ad Ζ pergens tanq̄ præcurrens epicycli ſui motum, pręcipitare curſum per Zodiacum videtur. Rurſumq; eodem epicyclo moto per Ζ Μ ambitum, Sol a Ζ ad Ε pergens contra q̄ fertur epicyclus ſuus moram faciens tardius ad Μ deferetur, tardiuſq; Ζ Μ obibit quadrantem, multoq; putatur tardius Δ Λ Zodiaci circuli quadrantem peragraſſe. Sic & epicyclus anno vertente conficiet curſum ſuum: & Sol naturalem. Eſtq; in Solis circuitu maximum interuallum Α Θ, ad Ε, ideſt a terra ad ſummum limitem ſolſtitialis epicycli: minimũ vero ad eiuſdem infimum limitem.

Eodem modo cæteri planetes cum in globis ſuis conſiſtentes ferantur, per Zodiacum ferri nobis ob ſupra demonſtratas cauſas videntur: tarditatiſq; & celeritatis idem intellectus in omnibus erraticis rationẽ aſſequetur: licet diuerſis temporibus cæteri, nec in iiſdem quibus Sol curſus ſuos peragant: vſq; adeo vt quidam eorum propter nimiam tarditatem interdum conſiſtere, interdum repedare videantur. Sol enim minorem vtpote anniuerſarium circulum luſtrans, minores euagationes vel cum exaltatur, vel cum humiliatur, vel cũ a medietate ad diuerſas cœli plagas diſcedit, incurrere nobis videtur: eamq; omnẽ intẽperiẽ anni vertentis termino claudit. Cæteri planetes quia ſingillatim vniuſcuiuſq; eorum pro magnitudine circulorum quos obeũt, & prolixitate temporum quibus confecto curſu ad exordia reuertuntur, fit reditus ad exordia: varias et multiformes motuum conditiones pati non immerito putantur. Quippe vnus biennio, alter duodecim annis, tertius prope triginta, orbes ſuos obeunt. Ex quo fit: vt viſus noſter motum ſtellarum notans ſine intellectu et recordatione alterius ſtellæ compendii ex breuitate circuli prouenientis, aliarum item tarditatis, quæ prouenit ex ampliſſimorum orbium peragrationibus, pręire alios planetas, alios ſubſiſtere, alios regradare, ideſt ferri retrorſum, imaginetur. Quod in circuitu Solis Luciferiq; & Stilbontis minime apparet propter breuitatẽ circulorũ anguſtiaſq; temporis intra qđ conficiũt curſus ſuos: multoq; etiam magis in Lunæ motibus. Quippe in horum motibus: vel ſtatio vel regradatio nulla cernitur: ſed in illis ſolis quorum maiores ambitus cõpetenti tẽporis ꝓlixitate pagrantur. Ariſtoteles tamen contra opinionem omnium neq; quieſcente corpore æthereo ferri ſtellas veluti ſoluto ac libero motu, nec ſecundũ vniuerſę rei motũ vel cõtra moueri docet: quin potius oẽs eas trahi vna & eadẽ naturali mũdi circũactione. Idemq; et eccentrorũ & epicyclorum tollit opinionem, propterea ꝙ circulis hoc eſt lineis picturatis & carẽtibus corpore vehi ſtellarum vera & ſolida corpora nõ poſſe dicat. Quatenꝰ erĩ corpꝰ incorporeę rei nexu viciri poſſit? Sed ſphęras eẽ


quaſdam quinti illius corporis naturæ congruẽtis:eademq; per omne cœlum fer
ri vario diuerſoq; motu:earum alias eſſe maximas,alias minimas,quaſdã vero ex
alto moueri,quaſdã ad ima eſſe depreſſas. Iãq; alias caſas ſolidas ve:alias ſtellarũ
corpora continentes, eaſdemq; omnes perinde vt cæteras ſtellas minime errãtes
infixas eſſe cœlo:atq; ex diuerſis regionibus depreſſiſq;,& elatioribus locis ad oc
cidentem meare:eamq; eſſe cauſam cur circulorum effigies depingatur:quia cõ-
curſus ad vnum locum ex diuerſis cœli plagis tãq̃ veſtigia variorum deliniet tra-
mitum:vt ſi naues ex omnibus maris regionibus ad vnum eundemq; portum va
riis temporibus deferantur.Ac de ſtellarum quidem errantium incõſtanti diſcur
ſione dictum ſatis.¶Sequitur vt quoniam videntur quædã nobis earum modo
ſtare in progreſſu,modo regradari,& interdũ ꝑcurrere certa ſigna Zodiaci cir- Regrada
culi,interdum remanere ac relinqui : quæ cauſa ſit huius imaginis conſideretur. tiõis cau-
Sit ergo Zodiacus Α Β Γ Δ, cuius punctum in medietate Θ, epicyclus aũt erra ſa.
ticæ cuiuſlibet ſtellæ Ε Ζ Η, cuius item punctũ in medietate ſit litera Μ,per quã
medietatem velut axem propriũ feratur idem epicyclus cum ſtella in ſemet loca-
ta Zodiaci circuli pari motu,hoc eſt ab oriente in occidentem. Agantur etiam e
regione Θ obliquæ duæ lineæ ſtringentes vtrinq; extremos ambitus epicycli Θ
Ζ Β, Θ Η Δ: perq; epicycli punctum Μ ducatur in altum linea Θ Μ Α.



Ergo ſtella cum erit in Ζ, nobis e terra
directo viſu ſpectantibus videbitur con-
ſiſtere in regiõe Zodiaci in qua eſt Β; &
cum Ζ Ε luſtrauerit ambitum,putabitur
Zodiaci Β Α ambitum obiiſſe:& ad prę
cedentia ſigna verſum progreſſa eſſe.Si-
militer Ε Η ambitu luſtrato videbitur Α
Δ Zodiaci ambitum obiiſſe:& ad prece
dentia ſigna verſum etiam nunc feſtinaſ-
ſe.Rurſum Η Ζ regiõe ꝑagrata, videbitᷓ
nobis ꝑ Α Δ ad Β denuũ repedaſſe, ob-
uia facta ſignis ſequacib9:ꝑpterea q; eſſe
regradata.Cũq; nõ multũ ſpatii ab Ζ re- Stationis
cedet,etiã nũc tãq̃ i Β diu i eodẽ loco mo cauſa.
rari putabitur.Atvero cũ receſſerit lõgius,trãſitoq; Ε limite ad Η ꝑuenerit:rur-
ſum cõſiſtere in Δ, & ꝓcedẽtia ſigna exiſtimatᷓ ꝑcurriſſe:recedẽſq; ab Η lõgius
per Η Ζ ad Β repedaſſe.Mathematicorum tamẽ non eadem eſt opinio quæ phi Mathe-
loſophorum:qui non ad ea quæ videntur:ſed ad naturalem ſtellarum motum ani maticorũ
maduertunt. Nullam quippe ſtellam diuerſo contrariove motu moueri contra opinio.
vniuerſæ rei motum circũactionemq; adſerũt:ſed omnes vniformiter ferri:ſecun
dum naturam ſuam.Faciam ergo vt etiam iuxta Mathematicos Ε Ζ Η epicyclus
contra totius mundi motum feratur.Ergo ſtella cum erit in Η videbitur eſſe pe-
nes Δ, & cum Η Ε luſtrauerit ambitum Δ Α Zodiaci orbis ambitũ obiiſſe cre
detur iuxta ſignorum ſequentium ordinem pergens. Ε Ζ autem ambitu luſtrato
ſimiliter etiam nunc ad ſequẽtia ſigna putabitur progredi. Ζ Η porro ambitum
emenſa rurſum conſiſtere putabitur in Δ per Β Α ambitũ ad † Δ retrorſum re †Α
uerſa:proptereaq; regradata.Atq; ita tã phyſicorũ q̃ mathematicorũ rationibus

digeat,atq; a Sole ſemper mutuetur,& ſit minor q̃ terra,obſiſtẽte ſibi ea in tenebras conditur.Porro cum non ad directum rigorem ſolis terræq; & lunæ poſitio conueniet:vt per puncta medietatẽ tranſeat diametra linea:ſed Sol in aquilonẽ, Luna in auſtrum vergat:vel cõtra:euaſa terrena vmbra nullã patit̃ obſcurationẽ.

Ac de his quidem hactenus . Nunc vero iam peragratis omnibus veniamus ad orationem.Et iam fere omne commixtum illud genus eſſentiæ conſumptum erat huiuſmodi ſectionibus partium. Tunc hanc ipſam ſeriem in longum ſecuit: & ex vna ſerie duas fecit:eaſq; mediam mediæ in ſpeciem χ græcæ literæ coarctauit curuauitq; in orbes quoad coirent inter ſe capita.Ex tribus his,eſſentia ſcilicet, & eodem,& diuerſo miſcuerat animam: & eam ſecuerat in numeros , partim duplices vſq; ad cubum qui primus ex duplicibus naſcitur:partim triplices vſq; ad cubum qui primus ex triplicibus naſcitur. Horum numerorũ interualla numeris aliis contexi volebat:vt eſſet in animæ textu corporis ſimilitudo . Itaq; limitibus conſtitutis,vno ſex,altero duodecim,q eſt duplex,duabus medietatib9 octo & nouem:ſex & duodecim limitũ interuallũ cõtinuauit epitrita item ſeſcuplari potentia:perindeq; vt inter ignis limitem & terræ,alterum limitem inſertis aeris & aquæ materiis,mundi corpus continuatum eſt:ita numerorum potentiis inſertis tanq̃ elementis materiiſq; mẽbra animæ intelligibilia connecterentur,eſſetq; aliqua inter animam & corpus ſimilitudo . Hãc igitur ſeriem non materiã, neq; corpus ſecuit,inquit,Deus:vt ſi quis A B rectam lineam in longum ſindat & de ſegminibus duobus χ faciat Γ Δ B Z : idipſum incuruet demum,& duos innexos ſibi inuicem circulos faciat:





Hoſq; ipſos exteriore alio circulo:cuius motus cõuerſioq; idem ſemp̃ & vniformis ſit circunliget,ideſt aplani.Huius quippe orbiculata eſt agitatio ſemp̃ eadem ſemper æquali velocitate , ne locum quidem vllum deſiderans extra conſueti ambit9 ſemitã. Et exterior q̃dẽ circulus quẽ dicit eũdẽ,is eſt q in aplani globo ſummus eſt:quem meridialẽ nos,Græci μεσημβρινόν appellant,vtrũq; complectẽtem polum:cumq; hiſdem vertilabundum aplanis effigiẽ globi deliniare.Interior vero circulus intelligi debet is in quo ſignorum circunfertur ordo,ſubter quem planetes feruntur.Ideoq; exteriorem motum eundem cognominauit : quia idem ſemper minimeq; differẽs eſt aplanus volatus:interiorem vero diuerſum.Cuncti enim qui ſubter Zodiacum oberrant planetes,licet in orbem referantur ſinguli: diuerſas tamen variis de cauſis & cõpugnanter accidentibus caſibus faciunt agi

tationes, vel facere potius videntur: dũ exaltant̃ & humiliant̃, tardius tamen & in terdum incitatius pergunt. Proptereaq; rapiuntur ab vniuerſę rei motu: & tamẽ vt poſſunt renituntur, interdum etiam latius euagantur. Sæpe etiam pręcurrere ſigna, ſæpe remanere, ſæpe ſubſiſtere putantur, ſæpe repedare. Q̃ autem de nul lis aliis ſed de hiſipſis ſentiat ac loquatur, ipſe manifeſtat, cum ita dicit. Exteriorẽ quidẽ circulũ: quẽ Eundẽ cognominatũ eſſe diximus, a regione dextera ꝑ ſiniſtrũ latus vſq; ad dextrum inflexit: diuerſum porro per diametrum, in ſiniſtrum latus. Eadem q̃ppe ſemper & cõſtans ſibi circũuectio, ideſt aplanes, per quam meridia lis circulus voluitur, dextera mundi parte mouetur. Dextera porro mundi pars oriens eſſe docebitur. Diuerſum porro inquit per diametrum, ideſt interiorem motum, quo ſubter obliquitatem orbis ſigniferi planetes mouentur. Latera vero, cum ſit mũdi corpus ſphæræ ſimile & globoſum: & vndiq; verſum ſimile nec differens: itemq; dexteræ lęuæq; partes mundi non recte dici videntur ſphæram cogitantibus, & ad ſolam eius ſpeciem reſpicientibus. Quia tamen idem mũdus animal eſt: & animal intelligẽs dexteras partes habebit: profecto eas in q̃bus eſt initium motus, & ex qua parte perinde vt cætera animalia mouentur primitus. Hæc porro mũdi pars in eois eſt: proptereaq; Homerũ puto lapſum alitis augurantem dixiſſe: Dexter ad eoum volitans ſolemq; diemq;. Nec vero ſummum q̃d aut erit imum in effigie pilæ: ſed in viuente atq; animali pila vere dici hæc nihil impedit. Demus enim corpori noſtro quędam extrinſecus ex luto cæra ve addita menta vſq; ad tumorem globi: certe mutata forma erit, ac vndiq; verſum mẽbris omnibus ſimilibus effectis: & ad indecliuem rotunditatẽ redactis, nullũ dextrũ, nullum ſiniſtrum videtur latus: nec imi pedes, nec ſummum caput: cum ſint mẽbra condita inuolucris. Vitalis vero ſubſtantiæ ratio imas, ſummas, dextraſq; & ſiniſtras partes †ſcit intus latere. Sic mũdi partiũ diuerſa interficies q̃uis idifferẽti membrorum ſimilitudine occultatur in ſuperficie: motu tamen & ſpirabili prodi tur cõuegetatione, vt corpus animalq; formatum. Deinde proſequitur. Et ſimili illi circũactioni virtute põtificioq; rotatus dato. Vnã quippe vt erat eam & indiuiſam reliquit, merito. nam ſphæra vna, quæ aplanes dicitur, multas & innumerabiles ſtellas circũagit: cum planetas ſingulos multæ ſphæræ circũferant. Poteſt tamen & alio genere virtus eius quam obtinet aduerſum motum omnium planetum, intelligi: q eadem ſemper atq; indifferens eius conuerſio tam ipſos planetas: q̃ cęteras ſtellas cohęrentes ſibi curriculo noctis dieiq; circũagat †ab oriente in occidentem. Ex quo aiunt planetas mutabilis illius naturæ, quæ diuerſa cognominatur, eſſe participes: vtpote qui rapti vertigine vniuerſę rei ab eois ad occidua, referantur demum ab occiduis ad eoa: vt in nauigando cum ad deſtinata venti pulſu naui volante e regione proræ quidam ex nauigantibus ad puppim recurrũt. Deinde ait: iteriorẽ vero ſcidit ſexies. Interiorẽ. i. diuerſũ circulũ. Septẽq; impares orbes fabricatus eſt iuxta dupli & tripli ſpatia. Tenemus memoria primam Pſychogeniæ deſcriptionem ſic eſſe formatã: vt vnum quidem latus ex duplicibus, alterum vero ex triplicibus numeris ſit ordinatum: ſeptemq; vtrinq; limites factos: quorum per ſingula latera ſint interualla terna. Huic ergo adumbrationi qua depinxit animam, imaginem ſimilitudinis ęmulæ ſpeciemq; mundi definiat. Septemq; circulos inſtituit planetum: eoſdemq; aduerſum ſe diſtare facit interuallis muſicis: vt iuxta Pythagoram motu harmonico ſtellæ rotatę muſicos

Dextera Mundi.

†vt.

†ab occidente in orientem

Muſici ſtellarum ſonitus.

Aiæ ratio aplanes. Planetes motus animi.

in vertigine modos edant: ſimiliter vt in politia ſirenas ſingulis inſiſtere circulis dicens. Quas rotatas cum circulis vnam ciere melliſluam cantilenam, atq; ex imparibus octo ſonis vnum concordem concentum excitari. Erit ergo animæ aplanes ratio. Planetes, vt iracundia, & cupiditas, cæteriq; huiuſmodi motus. Quorũ concentu fit totius vita mundi modificata. Sectioni quoq; partiũ ex quibus animam conſtituit poſitio planetum conueniens videtur: cum vnam ab vniuerſo facit primitus ſumptam portionem, & minimam a terra ad lunam, cuius duplicem ſecundam, ideſt quæ interiacet inter Lunam Solemq;: cuius triplam tertiam, ſcilicet Veneris. Quartam duplicem ſecundæ, ideſt quadruplam primæ Mercurii. Octuplam vero Martis: quę quinta ſectio eſt. Triplam tertiã poſuit. i. regionẽ ſeu circulum Iouis. Septem porro & .xx. partium Saturni nouiſſimam ſectionem.



Quod vero dicit Deum ſeptem illos circulos contraria ferri agitatione iuſſiſſe, pleriq; ſic intelligunt: vt omnes cõtra mũdi totius moueãtur agitationem: quoniam quidem ſemp eiuſdem motus conuerſio a dextro latere incipiat moueri: vt hæ ſeptẽ conuerſiones vni rapienti ſemet intelligãtur occurrere. Alii nõ ita: ſed vt ipſorum planetum ſit diuerſa cõtrariaq; conuerſios iidemq; inuicẽ ſibi occurſus obuios faciãt: propterea ꝙ in anfractibus eorũ varia & multiformis inueniatur diuerſitas. Siquidem Solis & Lunæ conuerſiones comites vniuerſitatis motus eccentri ſui, vel etiam epicycli, quatenus poſſunt ab inſtitutoq; naturaliq; curſu remorentur progreſſionem. Aliorum vero quinq; naturalis motus is eſſe comprehendatur, qui totius mundi conuerſioni reſiſtat: licet eam præpotens illa vertigo corripiat. Ex quo fit vt ſubſiſtere: nõnunq̃ etiam repedare videantur. Hoc amplius, ꝙ quædam e ſtellis errantibus veſperi ſemper occidunt interdiu ſub claritudine Solis latentes: & exacta demum nocte ante Solis ortum appareſcentes: vt Saturni ſtella & Martis & Iouis. Contra autem cum veſpere Luna ante omnes ſtellas appareat: mane conditur in occaſum. Lucifer & Stilbon vtroq; genere & oriuntur & occidunt. Quid ꝙ cæteri planetes longius a Sole diſcedunt: vſq; adeo vt certis temporibus diametro diſtent: Stilbon porro & Lucifer nunq̃ diametro diſtant a Solis orbitis, ex vtraq; regione mundi eois aut occidentalibus ſatis proximi facti: ſed Soli ſemp proximi curſus

ſuos peragunt,proptereaq; dixiſſe eos Plato,tres quidem pari atq; eadem veloci-
tate,illos vero alios quatuor & ſibimet inuicẽ,& his tribus diſſimiliter incedere.
Quos tamen omnes diuerſos motus contrariaſq; agitationes planetum ratione
ſubnixos eſſe dicit:ea videlicet quam iugi tractatu manifeſtare curauit.Is deinde
proſequitur.Igitur cum pro voluntate patris cuncta rationabilis animæ ſubſtan
tia naſceretur:aliquanto poſt omne corporeum intra cõſeptum eius effinxit:me
diumq; applicans medię,modulamine apto iugabat.Aſt illa complectens cœli vl-
tima circũfuſaq; eidẽ exteriore complexu:operienſq; ambitu ſuo,ipſaq; cõuertẽs
in ſemet diuinam originem auſpicata eſt indefeſſæ ſapientiſq; & ſine intermiſſio
ne vitæ.Cœlum diuerſe & dicitur & accipitur.Partim mundi ſuperficies,quam Cœlum.
ὀυρανὸν Gręci appellant:velut viſus noſtri limitem vltra quẽ porrigi nequeat,qua
ſi ὀρανὸν:partim ſphæra,quæ aplanes vocatur.Proprie vero omne hoc quod a lu-
nari globo ſurgit,communiter autem quicquid ſupra nos eſt:in qua regione nu-
bila concreſcunt,& aliquanto ſuperius vbi aſtra ſunt.Nam & pluuias ex cœlo di
cimus demanare,& ſtellas in cœlo apparere quæ appellantur cometæ,& cætera
quæ apparent infra Lunæ globum.Cœlum quoq; vſurpantes mundum omnem
vocamus.Animam ergo mundi dicit orſam ex medietate vſq; ad extremitatem
mundani corporis: & inde vſq; ad aliam extremitatem circũfuſam omni globo
corporis operuiſſe vniuerſum ei⁹ ambitum.Ex quo apparet a vitalibus mundi p
extimas partes complexum eſſe circundatum:hoc eſt vt infra atq; extra vitali vi-
gore foueat. Neq; eni vniuerſum corpus alterius corporis quod nullũ ſupererat
auxilio complexuq; indigebat:ſed incorporeæ naturæ viribus totus vitali com-
plebatur ſubſtantia. Illud vero q a meditullio porrecta anima eſſe dicitur:qui
dam dici ſic putãt:vt nõ tanq̃ a medietate totius corporis facta dimenſione por
recta ſit:ſed ex ea parte membrorum vitalium in quibus Pontificium viuendi ſi-
tum eſt:ideoq; vitalia nuncupantur.Nõ ergo a medietate corporis quę terra eſt:
ſed a regione vitalium,ideſt a Sole,animę vigorem infuſum eſſe mundano corpo
ri potius intelligendum pronunciant. Siquidem terra immobilis.Sol vero ſemp
in motu.Itemq; vteri medietas immobilis.Cordis ſemper in motu:quãdo etiam
recens extinctorum animalium corda ſuperſtites etiam tunc motus agant. Ideo
q; Solem cordis obtinere rationem:& vitalia mundi totius in hoc igni poſita Sol cor-
eſſe dicant.Ipſam vero animam in ſemet conuertere,non vtiq; corporali conuer- dis ratio-
ſione facta intelligendũ:ſed cogitationis recordationiſq; gyris & anfractibus pa nẽ habet.
rente ſibi corpore:ſicut quoq; noſtrę animę motibus corpus obſequitur:idq; mũ
do fuiſſe initium,inde auſpicium indefeſſæ ac ſine intermiſſione vitæ.Præclare.
Quãdoquidem indefeſſa & ſine intermiſſione vita tempori curriculiſq; eius pro
pagata ſit.Aeui tamen alia quędã eſt & in ſublimiore maieſtate perſeuerãtia.Tẽ Tẽporis
poris enim partes,anni,menſes,dies,horæ.At vero æui neq; initiũ neq; finis vllus partes.
propterea indeterminatus & perpetuus.Cum ergo mundum generatum intro Aeuum.
daret:conſequenter temporis quoq; generationem mundo æquęuam cõmentus
eſt.Atq; hæc quidem mox ipſe latius explicabit.Nunc tamen animam docet eſſe Aia incor
incorpoream,cum dicit:Et corpus quidem cœli ſiue mundi viſibile factum:ipſa porea.
vero inuiſibilis,rationis tamen & item modulaminis compos.Cum enim dicit in
uiſibilem,ſenſui minime ſubiacere pronunciat.Et quod nec viſu nec cæteris per-
cipitur ſenſibus,hoc corpus eſſe minime poteſt,Rationis tamen compos:vt de-

claret naturam rationabilem carentem corpore:quæ quidē eſt animæ rationabi-
lis propria & conueniens adumbratio.Porro quidem eandem modulatā eſſe aſſe
rit,originem eius & quaſi quædam elementa,ex quibus eandem inter initia con
ſtituit,recordatur & repetit:vt externis originibus idem : indiuiduæ diuiduæq;
ſubſtantiæ,itemq; eadē diuerſaq; naturis coagmentata,ſimilitudinemq; & diſſi-
militudinem rerū,bonitatiſq; & malitię diuerſitatē,optādęq; & execrādę naturę
diſparilitatē facile ipſis in rebus recognoſcat:vtpote quę diuerſa ſit nūeris, cōpo
ſita analogiis ſtipata,medietatib9,ordinata rōnib9 muſicis,ſciſſaq; adeo ſexies,&
rurſum deuincta immortalibus vinculis,cōueniētibus diuerſo varioq; totius mū
dani corporis motui:omnia ſciat,& omnia iuxta naturam propriam adſequatur.
Deniq; addit.Vt ergo ex eiuſdem & diuerſi natura cū eſſentia mixtis coagmen-
tata indigete motu:& orbiculata circuitione in ſeipſam reuertēs:cū aliquam vel
diſſipabilem ſubſtantiam offenderit:vel indiuiduam:facile recognoſcit quid ſit
eiuſdem indiuiduæq;:quid item diuerſæ diſſolubiliſq; naturæ: cauſaſq; omnium
quæ proueniūt,videt:& ex iis quæ accidunt quę ſint futura metitur.In his enim
clare manifeſtat nihil eſſe quod animam lateat:eiuſdemq; intelligentiam manife-
ſte reuelat:cum dicit motum eius rationabilem,ſine voce,ſine ſono,cum quid ſen
ſile ſpectat, circuluſq; diuerſi generis ſine errore fertur,veridico ſenſu & certa nū
ciante cunctæ animæ rectæ opiniones & dignę credulitate naſcūtur.Porro cum
indiuiduum genus,ſemperq; idem conſpexerit,ea quę ſunt motu intimo fideliter
Ratio. nuncianre intellectus & ſcientia cōualeſcūt. Sine voce ac ſono motus ratio eſt in
Oratio. intimis mentis penetralibus reſidens.Hęc autem differt ab oratione.Eſt eni ora
tio interpres animo conceptæ rationis.Quæ ratio cum ſe exerit in iis quæ naſcū
tur & occidūt:vel manu fiunt,& prorſus omnibus quæ ſentiuntur,& recte tamē
Opinio. mouetur idem hic motus intimæ mentis,naſcuntur veræ opiniones,& creduli-
Vera co- tate dignę.Nec tamen ſatis certa prouenit & firma † cognitio:ſiquidem inter
gnitio. ſcientiam & opinionem ſit ampla diſtantia.Cum autem conſtituerit ſe ſpectatri-
†cōuētio. cem rerum immutabilium:quæ ſunt eadem ſemper,intelligibilemq; naturā ſuſpe
xerit:& in hiſdem ſpectaculis perſpicacem mentis contemplationem conuegeta-
uerit:tūc motus ſimilis eius globi motui q aplanes vocatͣ,ſine errore circūactus
veram menti cognitionem diuini generis creat. Nūc venit ad ęui tēporiſq; diſ-
cretionem:& docet quia mundus intelligibilis exemplum eſt mundi ſenſilis: vtpo
te principatum obtinens animal inter cęteras intelligibilis diuinitatis animantes
per omne æuum manet inconcuſſa ſtabilitate.Imago quoq; eius hic ſenſilis,ſimu
Tempus lacro æui facto atq; inſtituto iungetur.Imago enim deunum æui tempus eſt ma-
imago nētis in ſuo ſtatu.Porro tēpus minime manēs imo ꝓgrediēs ſemꝑ & replicabile.
æui. Imago itaq; vt intelligibilis mundus per ęuum:ſic ſenſilis per omne tempus.Alia
quippe exemplorum,alia imaginum vita: recteq; vno eodemq; momento mūdus
exædificabatur ſenſilis,& dierum noctiumq; inſtituebantͣ vices,elementa ſerieſq;
temporis:ex quibus menſes & anni partes eius ratione ac ſupputatione diuiduę.
Noſq; hæc cum æuo aſſignamus,inquit,ideſt ſolitariæ naturæ,non recte partes
indiuiduæ rei fingimus.Dicimus enim,fuit,eſt,erit . aſt illi eſſe ſolum competit.
Propter eos qui addubitant:num tempus quod dicitur eſſe,nullum ſit,hæc pro-
ceſſit aſſertio. Dicunt enim præterita quidem omnia iam eſſe deſiſſe . Siquid
porro immineat,hoc nondum eſſe:pręſentia vero neq; plane eſſe,neq; omnino nō

eſſe propter inſtabile atq; infrẹnabile momentorũ agmen. Fluere enim & tranſire omnia oſtẽdit. Ergo prẹteritam quidem temporis partẽ ſic dicit eſſe: vt intelligatur fuiſſe, nõ vt ad præſens exiſtere: vt cũ Homerũ eſſe dicimus diuinũ poetã. Futurũ vero ſic eſſe dicit, vt nõ iam exiſtat, atq; ad prẹſens habeat̃: vt cũ dicimus ad annũ proximũ luſtri fore concluſionẽ: vel certamẽ Olympicum. Porro qđ ad præſens fiat, ita eſſe nõ vt per aliquã diuturnitatẽ mãſurũ eſſe videatur: ſed vt tanq̃ fluat atq; prætereat: vt cum dicimus Cõpitalia eſſe hodie: vllam ve aliam publicã priuatamq; celebritatem: quippe cum eiuſdem diei quẹdã iã exacta momẽta ſint: aliquanta vero adhuc maneant. Eodemq; modo menſem nunc eſſe Ianuarium: vel alium quenq̃: vel ſacrum certamẽ agi cum puerorum certamine exacto adoleſcẽtes citantur: & poſt eos deinceps perfectẹ ẹtatis iuuenes manus conſerunt. Quid ꝙ etiam illa quæ non ſunt, eſſe dicimus, cum eadem non eſſe volumus oſtendere: vt cũ dicimus quadrati latus eſſe diſpar lateribus cæteris: vel diametrũ lateribus eſſe maiorẽ: ita eni dicẽtes ꝓbamus minime eſſe ẹqualẽ lateribus: propterea ꝙ abſonã. Vel cũ idẽ Plato ſyluã eẽ dicit in nulla ſubſtãtia: ꝓpterea ꝙ nulla ſylueſtria habeant perfectionẽ: dum eni ſunt adhuc ſylueſtria, informia ſunt ac ſine ordine ac ſpecie vt ſaxa: quorũ tñ eſt naturalis poſſibilitas, vt accedente artificio ſimulacrũ fiat: vel qd aliud eiuſmodi. Qđ vero ſola poſſibilitate & ſine effectu videt̃ eſſe, minime eſt, vtpote carẽs ꝑfectione. Verũ hẹc diſputatio qa nihil ꝑtinet ad naturalẽ tractatum: cũ ſit rationalis, differet̃. Geniturã vero tẽporis neceſſario dicit eſſe inſtitutã, vt tã eadẽ tẽpora ſub dimẽſionẽ venirẽt q̃ dierũ mẽſiũq; & annorũ dinumerari ſpatia poſſent. Proptereaq; Solis Lunẹq; illuſtratiões & occaſus neceſſarios fuiſſe, cẹteraſq; erraticas ſtellas ſupimpoſitas eẽ gyris circuloꝝ, iuſſaſq; agere motũ ſeptẽplicẽ diuerſis & diſſimilib9 mẹãdris ĩ ea regiõe q̃ ſub zodiaci orbis circũflexũ iacet: Lunẹ qdẽ iuxta terrã ĩ prima circũactiõe: Solis vero ĩ ſecũda, diametro a Luna diſtãtis. Tũc Luciferi & Mercurii collocat ignes: ĩ eo iqt motu q̃ cõcurrit qdẽ ſolſtitiali circuitioni: cõtraria tamẽ ab eo circũfert̃ agitatione. Quare fit vt cõprehendant ſe inuicẽ: & a ſe rurſum comprehendantur hæ ſtellæ.

Téporis genitura.

Luciferi Mercurii q; motus.


Cur has ſtellas pari eſſe dicat velocitate manifeſtat ipẽ, cum aſſerit anni vertẽtis ſpatio curſus ab oibus peragi. Sed ita vt modo tardius: modo incitatius euntes comprehendant ſubinde Solem, & ſubinde a Sole comprehendantur. Ait tamen hos ignes contrariam quoq; habere vim. Quã rem alii aliter accipiunt. Quidam enim contrarietatem hanc naſci putant ex eo ꝙ Sol quidem cum naturaliter ab eois ad occidua ſemper feratur, perinde vt omnis mundus mouetur, epicyclum tamen ſuũ peragat anni ſpatio, cuius epicycli contraria eſt conuerſio mũdi cõuerſioni. Lucifer vero & Mercurius cõtrarios ſemp motus exerãt mũdi circũactioni. Quidã vero putãt cõtrariã vim eſſe in his ſtellis, propterea ꝙ cõprehẽdãt Solis inceſſum Mercurius & Lucifer: & interdũ remorãtes eos Sol cõprehẽdat: cũ ortus & itẽ occaſus effulſioneſq; & adumbrationes, interdũ mane, interdũ veſperaſcẽte patiantur: præcedẽtes modo, modo relicti. Sic enim fere ſemp iuxta Solem comitari videntur. Quod iis vſu accidit, ex eo ꝙ vna medietas atq; vnum punctũ eſt tam ſolſtitialis circuli, q̃ cuiuſlibet alterius ſtellarum harũ. Deniq; Heraclides Ponticus cũ circulũ Luciferi deſcriberet, itẽ Solis: & vnũ pũctũ atq; vnã medietatẽ duobus daret circulis: demõſtrauit vt interdũ Lucifer ſuperior: interdũ ĩferior Sole fiat. Ait eni & Solẽ & Lunã & Luciferũ & oẽs planetas vbi eorũ

Heraclides Ponticus de Solis circulo

quiſq; ſit: vna linea a puncto terrę per punctū ſtellę exeūte demōſtrari. Erit ergo vna linea directa ex terrę medietate Solē demōſtrās: duę vero alię dextra leuaq; nihilominus directę lineę a Sole quidē diſtātes. L. momētis, a ſe aūt inuicē centū: quarū altera linea oriēti ꝓxima demōſtrat Luciferū, cū Lucifer plurimū a Sole diſtabit, factus vicin9 oriētalib9 plagis. Proptereaq; idē Heſperi nomē accipiēs, ꝙ in eois veſpere poſtq; occaſum Solis appareat. Altera vero occidēti proxima: cū plurimū diſtabit idē Lucifer a Sole, factus vicinus occiduis: proptereaq; Lucifer noīat̄. Eteni perſpicuū eſt heſperū quidē dici tūc cū in partibus oriētis videt̄ ſequēs Solis occaſum. Luciferum vero cum ante Solem mergitur: & rurſus exacta



propemodū nocte oritur ante Solē. Sit igitur pūctū terrę cœliq; vbi eſt litera Χ: Zodiacus vero circulus ſuper quē ſunt Α Β Γ notę, & ſit Α Β ambitus momētorū. L. Itē Β Γ ambitus totidē momētorū: & per Χ Β lineā punctū ſit Solis in litera Κ. Erit ergo linea Χ Κ Β quę demōſtrat Solē, ideſt literā Β: tātū autē moueatur huc eadem linea quantū Sol mouet̄ prope quotidiana momēta ſingula. Similiter cęterę lineę Χ Α, & Χ Γ diuidant̄ in. L. momēta. Sit porro Χ Α linea in parte oriētis, Χ Γ vero linea in parte occidētis. Hęc qdē, ideſt Χ Γ linea prior occidens, & prior oriēs q̄ Sol. Illa vero alia Χ Α poſterius occidēs, & poſterius exoriēs. Neceſſe eſt igitur vt hæc quidem, ideſt Χ Α & Χ Γ linea demonſtret Luciferū: litera Α heſperū, eo videlicet tēpore quo eadē ſtella lōgius a Sole diſceſſerit. Illa vero alia linea, ideſt Χ Γ eādē ſtellam demōſtret eſſe luciferū tēporibus matutinis in ſigno literę Γ. Hoc aūt fiet apertius ſi per Χ Κ Β lineā circūducat̄ circulus qui cōtingat duas a ſe diſtantes lineas ideſt Χ Α, & Χ Γ, ꝙ demoſtrant modum diſceſſionis a Sole, Luciferi.



At vero Plato, qq; huius indaginis diligētius examē habuere, affirmant aliquāto q̄ Solis eſſe elatiorē Luciferi globū: q limitat̄ notis Δ Ε Ζ Η, contingens Χ Α quidē lineam per Ε literā, Χ Γ vero per Η. Quare cū Lucifer luſtrans circulum propriū perueniet ad Ε, videbitur in Α locatus a Sole plurimum, vtpote momentis quinquaginta omnibus ſeparatus, & ad orientē ac diem vergēs. Quippe Sol nō niſi vbi eſt Β litera indifferēter videtur. Porro cum in Η erit Lucifer, videbitur in excelſitate Γ conſiſtere eiſdem. L. decimum momētis ad Solem, & ad occidua remotior. Cum vel penes Δ vel penes Ζ conſiſtet: dubium non eſt proximū Soli

factum viſum iri:cõcurſumq; feciſſe vnum excelſiorem procul a regione terrę penes A:alterum citimum terræq; proximum in Z. Iam illud obſeruatione diligentiore †perpendendum:ſtellam ipſam in maxima receſſione,ſiue orientalis ſiue occidua erit illa receſſio,diebus fere quingẽtis. LXXXIIII. ad id in quo pridem fuerat vel B vel H remeare,vt ſit perſpicuũ totum obire circulum ſuum,qui eſt Δ B Z H, memoratam ſtellam memorato numero dierum,ita vt maiorem quidem diſceſſionis ambitũ q̄ eſt ab eois ad occidua,hoc eſt H Δ B quadringẽtis. XLVIII. peragret diebus: minorem vero depreſſioremq;, ideſt Z B H reliquis centum & XXXVI. Maximæ ſiquidẽ diſceſſionis ab occiduis ad eoa prolapſio,hoc dierum numero reuocatur:vt frequens veterum virorum obſeruatio palam fecit.

†pceptũ.

Rurſum ſubtexit hæc. Igitur ſingulis vniuerſiſq; apto & decenti ſibi motu locatis: videlicet iis quę conſequens erat tempore prouenire nexibus vitalibus:vbi cõſtricta corpora facta ſunt animalia,imperatũq; didicerũt:cœleſtia corpora cõſtricta vitalibus nexibus:ideſt ſtellas animalia facta eſſe aſſerit,& cognouiſſe quę a Deo iubebantur,ſcilicet vt planetes quiq; in globos proprios redacti non ſolũ anima vitaq; fruerentur:ſed cum hiſdem omnibus etiam mundus & anima vteretur & rationis particeps eſſet. Quatenus enim carens quid ratione,poterit intelligere quæ iubentur? Ea quę diuerſę naturæ motus obliquus per directũ eiuſdem naturæ motum vertens ſemet vtpote cõſtrictus circunferebat:partim maiore,partim minore circulo rotabantur: citius quidem dimenſum ſpatium peragentia quę minore:tardius vero quæ maiore,vtpote ãbitu circũacta prolixiore.

Diuerſa natura quę ſit,ſępe iam oſtenſum eſt in ſuperioribus:q;q; motus eius ab occidente ad orientem feratur. Hæc ergo cum ſit interior,cõtineatur neceſſe eſt ab exteriore orbe:qui aplanes dicitur:tardaq; ipſa in progrediẽdo ab aplanis velociore rapitur ad contrarium motum,& comprehenſa ſequi ſequentem, comprehendere etiam comprehendentem videtur. Planetum vero quidam citius:alii tardius curſus ſuos peragunt. Merito. Circulorum enim minorum compẽdia aduerſum maiorum anfractus comparata modicis temporum impendiis circulorum ſpatia complent:vt Luna quę iuxta cubicũ numerũ. XXVII. diebus circulũ ſuũ luſtrat:cũ Saturniũ ſidus. XXX. prope annis redeat ad priſtinũ exordium.

Lunę curſus.

Qua de cauſa fiebat inquit:vt ex vniformi eiuſdemq; naturę conuerſione:quę citius circuibant ab iis quæ tardius circunferebãtur comprehendentia comprehendi viderentur. Vniformis eiuſdem naturę conuerſio rapit ſtellas motu nitentes contrario,ad volatum ſuum quotidianis diebus. Illæ autem naturaliter incedunt per ſuos circulos:quorum motus atq; agitatio diſſentit rapientis ſe motui. Itaq; quoniã planetes partim minores,partim maiores circulos obeũt:q minores circulos obeunt in illa diei noctiſq; vertigine conſequuntur eos qui pigrius progrediuntur:quia per prolixiores orbes feruntur: proptereaq; comprehendentes & tranſeuntes comprehendi ab iis quos prætererint putantur. Comitata enim, verbi gratia,iuxta primum momẽtum Arietis Luna cum Sole diebus viginti & nouẽ totũ circulũ trãſit:octauoq; & vigeſimo momẽto ſigni eiuſdẽ Solẽ cõphẽdẽs:qa trãſit eũ atq; progredit̃,velut fugere eũ & cõphẽdi ab eo videt̃. Eadẽ iſta ratio etiã in cęteris aſtris quorũ diſpar curſus eſt, inuenit̃. Deinde proſequitur.

Saturni.

Planetum curſus.

Oẽs qppe circulos eorũ vniformis & inerrabilis illa cõuerſio vertẽs in ſpirã & velut ſinuoſũ achãti volumẽ,Cũ fixo cardie circini caſu vel ẽt volũtate nr̃a oppſſo

aut relaxato circino deſcribuntur circuli tales:vt poſtremitas circunductæ lineæ
non ſolum non perueniat ad exordium:ſed deflectens a competenti rigore infra
vel ſupra circũducta linea ſæpius arctiores laxiores ve circulos faciat.Hoc genus
circulorum αυξεω ſolemus vocare:vel achanti volumen.Igitur quia planetes ſic
aplanes rapit quotidiana vertigine:vt non patiatur eos in eundem locum,& ve-
lut ſedẽ ex qua progreſſi fuerãt repręſentari: ſed vel trãſire cogat:vel leniore pro
greſſione minime occurrere ad deſtinata:recte dixit errantes ſtellas in ſpiram &
velut ſinuoſum achanti volumẽ rotari:ob inconſtantem atq; inæquabilẽ circum-
uectionem.Vt ſi ſtella forte Veneris ſit in Arietis ſigno:deinde rapiat eam mun-
di conuerſio : ita vt eam longius a pridiana progreſſione protrahat:certe tunc
aliqua fiet ab Ariete diſceſſio.Quanto
q; plures conuerſiones fient:tanto lon
gius ab Ariete ad præcedentia ſigna
diſcedet , & ad poſtremum ad Piſces
atq; inde ad Aquariũ prouehetur.Cõ
tra ſi remiſſior erit raptatio,ab Arie-
te ad Taurũ verſus recedet,& ad Ge-
minos atq; Cancrum iniquis ſemp gy
ris & deflectẽtib9 ab exordiis atq; ab
errantibus a conueniẽti rigore.Quos
quidẽ gyros Græci ἑλίκας appellãt
quorum incrementa ab imminutio-
nibus:imminutiones porro ab incre-
mentis notantur . Suntq; ſimiles eius
formulæ:quæ ſubter aſcripta eſt.



Deinde ait.Atq; vt rationabilis & conſulta hæc motuum varietas & modera
tio viſu quoq; notaretur:omniũq; octo motuũ perſpicua eſſet chorea:igniuit lu-
cem clariſſimam Deus rerum conditor e regione ſecundi a terra globi : quam
lucem Solem vocamus . Cum propter cæteras ineffabiles vtilitates : quas vni-
uerſo Mũdo Sol inuehit:tũ etiã propterea ignis huiuſmodi dicit extitiſſe genitu
ram:vt tanta rerũ deſignatio nulla tegeretur obſcuritate:vt cũ idẽ rebus colorẽ
daret:tum etiam numeri quo temporis ſpatia notãtur,commoditas proueniret:
atq; vt dierum & noctium viciſſitudo ſuccederet.Menſis vero deſignauit eſſe ge
Menſis. nituram cum Luna peragrato circulo ſuo Solem conuenit.Anni quoq; cum Sol
Annus. ad idem ſignum ex quo progreſſus erat,reuertitur , numero dierum trecentorũ
LXV.& parte quarta.Quare factum:vt a prudentiſſimis viris,& iuxta cœleſtiũ
rerũ obſeruationẽ exercitatiſſimis, quarta illa portio,quarto poſt anno in vnum
collecta & adcorporata ſpatium diei ac noctis compleret.Eſt tamẽ intellectu faci
Perfect9 le q; perfectus temporis numerus perfectum annum compleat. Tum demum
annus. cum omniũ octo circumactionũ curſus peracti velut ad originem atq; exordiũ
circũactionis alterius reuertunť:quã ſemp idem atq; vniformis motus dimetieť.
Perfect9 Perfectũ temporis numerũ,qui perfectum compleat annum,appellat eum quo tã
numerus ſeptem planetes : q̃ cæteræ ſtellæ , quæ dicuntur ratæ , repręſentatæ originali-
bus ſedibus eandẽ quæ fuit initio rerũ principioq; mundi conſtitutionis efficiũt
deſignationem,ita vt & prolixitas prolixitati,& interuallorum priſtinorum lati-

tudini latitudo,& profunditati profunditas quadret.Hoc autem tẽpus continet annorũ innumerabilẽ ſeriẽ.Quippe cum ſtellarũ errantiũ circuitus impares ſint: neceſſarioq; diuerſis tẽporibus curſus ſuos cõpleãt,prꝩterea latius aliꝩ a medietate mundi euagentur:anguſtius vero aliꝩ ad auſtri ſeptẽtrionis ve conuexa.Celſiores aliꝗ a terra ſint:aliꝗ nõ adeo lõgo altitudinis interuallo diſtẽt a regione terrꝩ: diuerſos quoq; inter ſe motus agãt:vt citꝗ tardioribus,vltra progrediẽtes retrorſum recedentibus,humilibus excelſꝩ,dexterꝗ ſiniſtris,ſiniſteriores dexterioribus occurrant in vnum.Nihilq; omnino ſit:quod in deſignatione differat a cꝩterorum aſtrorũ † habitu,ſpecie,figuris.Atq; vt oẽs omnibus ꝩquis diametris diſtẽt:vnũq; nutũ atq; vnã efficiãt ſtellarũ omniũ cõformationẽ : cũ ſit neceſſe ſi vnus aliquis ex ignibus reprꝗſentatus fuerit in antiquꝩ conſtellationis ſtatum iuxta rationẽ forte altitudinis:latitudini tamen nõ ſit reprꝩſentatus antiquꝩ:vel ſi perfecte p oĩa motuẽta vnus reuocat⁹ ad antiquũ ſtatũ fuerit:cꝗterorũ tñ quorũ eſt diuerſa cõditio,pfecta reprꝗſentatio minime pueneritneceſſe ſit etiã ei⁹ ſtellꝗ quꝩ in rẽpſentatiõe pfecta inueniet̃,rurſum fieri aliã mutationẽ:quoad opportunitas illa pueniat q̃ vnã faciẽ atq; eãdẽ rẽpſentet q̃ fuit ab initio mũdi. Quẽ qdẽ motũ & quã deſignationẽ nõ eſt putãdũ labẽ diſſolutionẽq; afferre mũdo:quin potius recreationem & quaſi nouellã viriditatem poſitã in auſpicio motus noui. Haud ſciam an in quibuſdam regionibus terrꝩ prouentura ſit vlla ex innouatione iactura.Hactenus de mundi ſenſilis conſtitutione tractauit.

Marginal note: † habitu.

Mundi totius perfectionẽ ab opifice abſolutã deo prꝗteriti operis textu ſecre tim⁹ Platonicis dogmatib⁹ quoad mediocritas ingenii paſſa eſt inhꝗrẽtes iuxta naturꝗ cõtẽplatiõne generationis artificioſaſq; rationes.Deinde ante omnes res primã ptractat cœleſtiũ oĩm q̃ ſunt infixi tergo ratꝩ atq; inerrabilis cõuerſionis gñationẽ, eorũ etiã quꝗ mũdus cõplectit̃:quo ſit plena pfectaq; vniuerſa res,animalq; ſenſilis mũdi pximã ſimilitudinẽ nanciſcat̃ pfecto intelligibiliq; & exẽplari ex ſe genito mundo:quatuorq; ſenſiliũ aĩaliũ ſpecies tã cœleſtiũ q̃ terrenorũ naturali cõtẽplatione dinumerat:cœleſtiũ qdẽ ſtellas:terrenorũ vero volatilia,& itẽ natãtia,queq; p terrã ferunt̃ iure dicta terrena:qppe quꝗ terra nutriant̃:& ĩ eiuſdẽ terrꝗ gremio quieſcant:ꝓq; corpora eorũ ex maiore parte terrena, ex obtinẽtis materiꝗ vocabulo cognominant̃,pinde vt cœleſtia:quꝗ ex maiore parte ignis puri liqdiq; cõcreta,ꝗterni appellant̃ ignes.Nec cõtentus ſupradictorũ aĩaliũ demõſtratiõe:porrigit diligẽtiã vſq; ad angelicꝗ naturꝗ (quos dꝗmonas vocat) extricationẽ.Quorũ qđ eſt purius in ꝩthere ſedes habet,alterũ in aere,tertiũ in regione ea q̃ humecta eſſentia nciat̃:quo iterna mũdi cõgeſta ſint aĩalib⁹ rõne vtẽtib⁹,nec ſit vlla ei⁹regio deſerta.Quẽ qdẽ tractatũ ꝙ ſit elatior & vltra naturꝗ cõtẽplatiõnẽ,neceſſario differt:& ait deũ poſt gñationẽ ſtellarũ ratarũ cũ vnaqq; earũ diuinũ aĩal eẽet vtẽs corpore mixto ex ſynceriſſimis materiis quatuor, & ex maiore pte ignis ſereni,coruſcũ qđdã aĩal & formatũ in modũ ſphꝗrꝗ iſixiſſe ſummo cũ modulamĩe aplanĩ globo:eũq; oẽm hmõi luminibus exornaſſe. Vbi vero mouendi vſus eſt neceſſarius viſus,ex oĩbus motibus duos hos tribuiſſe prꝩcipuos:vnum ex accidenti:quo rapit ſtellas aplanes ad occidua : quem motũ nunc vocat in antecedentia : alterum vero principalem:qui eſt circumactio,circaq; ſemet vertitur : ſimilem deliberatiuꝩ animꝩ motui, quinq; cꝩteris ceſſantibus motibus. Etenim loculares motus ſeptem ſunt, opinor, Duo quidem iuxta

longitudinem, ideſt ante & poſt:duo item alii per latitudinem in dexteram & in
ſiniſtram:duoq; alii iuxta profunditatē ſurſum & deorſum:& vltimus ſuprame-
moratæ circumactioni ſimilis,qui fixo circumuolat cardine. Quia ergo ex iis ſe-
ptem motibus duorum tantummodo ſingulis ratis ſtellis vſum tribuit Deus:
principalem quidem circumactionem:ex accidenti vero qui fertur in dexterā:re-
cte dixit quinq; præterea motus alios vacare.Deinde concludit commemorans
ſe ſtellarum de motibus errantium diſputaſſe. Et cœlum quidem ita exornatum
eſt ſapientibus,& æternis animalibus inquilinis.

Quod vero conſequens videretur mortalium quoq; & obnoxiorum paſſioni-
bus animalium demonſtrari genituram:hæc ſunt porro terrena iure meritoq;
prius quæ de terra ipſa dicenda exiſtimabat exponit . Dicit autem q̄ hanc
quoq; Deus conſtrictam limitibus per omnia vadentis & cuncta continentis po
li,conſtituerit noctis dieiq; cuſtodem.Sed polum nuncupat axem eum qui omne
mundi corpus peruadit.Conſtrictam vero dupliciter intelligendum,vel iuxta Py
Ignis loc9 thagoram vertentem ſe circum axem.Placet quippe Pythagoreis ignem, vtpote
materiarum omnium principem,medietatem mundi obtinere,quem Iouis cuſto
dem appellant.Per hunc porro moueri circumactas in gyrum tāq̄ ſtellas terram
& ἀντίχθονα.Quare vel ſic intelligendum : vel aliquanto veriſimilius medietati
Veſta. mundi adhærentem quieſcere terrā:proptereaq; & a Platone & a multis aliis Ve
ſtam cognominari.Deniq; in Phædro idem ait.Manet enī Veſta in diuino domi
cilio ſola.Cuſtodem vero & opificem diei & noctis propterea dicit eſſe:quia per
eandem,ideſt terram vectus Sol partes eius ſubiectas ſibimet illuſtrās diem fa-
cit.Cum vero obiecerit ſe ex aliqua parte Solis anfractibus terra ipſa obumbra
tur.Itaq; ex vmbris craſſa noctis caligo ſuccedit.Simul quia immobilis terra eſt
ſignificāter eam cuſtodem noctis & diei cognominauit.Neq; enim pereunte die
nox naſcitur vel noctis amiſſiōe dies oritur:ſed vtraq; ſalua ſuccedit altera.Quia
vero hoc fit per eam indefeſſe ipſa manēte ſemper in ſua ſede:ſpectatrix eſt opi-
nor eorum quę velut ante conſpectum ſuum geruntur:meritoq; cuſtos.Antiquiſ
ſimam vero deorum dici opinor:vel quia locus eſt animalium capax : regio por-
ro & locus præcogitetur iis quæ in loco ſunt , neceſſe eſt:vel quia puncti ratio-
nem obtinet.Hoc porro antiquius eſſe omni magnitudine atq; omnibus quan-
titatibus naturali quadam mentis conceptione prænoſcitur,velut ait Heſiodus.
Heſiod9. Prima hęc eſt caligo,dehinc poſt terra creata eſt
Spirantum ſedes firmiſſima pectore vaſto.
Poſt Chaos enim quam Græci ὕλην , nos ſyluam vocamus . Subſtitiſſe terram
docet in medietate mundani ambitus:vt fundamenta fixam,& immobilem. No
bis autem natura tributum eſt, id quod ſtat , iis quæ mouentur mente præire.
Omnis quippe motus poſt ſtationem ſumit exordium.

Stellarum vero errantium opera quæ propter modulatam & conſonam ce-
Chorea. lebrantur agitationem: quam iidem appellant χορείαν, in progreſſibus & anfra
ctibus earundem ſtellarum perſpicue videntur:vt cum apparent nimio quodam
incitatoq; motu progreſſæ longius:vel cum diu ſtare in vno atq; eodem loco, &
item cū retrorſum ferri putant: tum in cœtibus quoq; & effulſionibus & abſcō
ſionib9,vel in eois,vel ī occiduis:cōuerſionib9 quoq; & æquinoctiis oibuſq; trāſfi-
gurationib9. Hoc amplius in defectiōib9 & reparatis illuſtratiōib9,deq; cæteris

huiuſmodi ſiquis dedita opera diſputet i hunc fruſtra dicit terere ſuperuacuum laborem:propterea q; excuſat,ratus tractatum iſtum ad Aſtronomiam potius q̄ phyſilogiam pertinere. Parabolas enim quaſdam appellat:quæ comitatus ſunt ſiderum:vt iuxta Solem indiuidui ſemper Mercurius & Lucifer reciprocos circuitus,quos Aſtrologi regradationes vocant:progreſſus item ad præcedentia, profectionem,etiam coniugationem.

Coniugatio duplex

Duplex vero eſt cōiugatio.Altera per Catœcū,altera per diametrum. Atq; ea quæ per Catœcum fit,ſignificat cuiuſmodi ſtellæ qualibus coeant,quæ ve ſit earum cœtus ſignificatio.Per diametrum vero contra diſtantium a ſe ſtellarum poſitionē vult intelligi,cum ex medietate ſtellæ ad alterius cōtrapoſitæ ſtellæ medietatem directa linea connectit & continuat vtramq;.Quos vero defectus Mathematici vocant,Plato obſtacula appellat,proprie magis,& aliquāto ſignificantius: non quo ſibi inuicem obſiſtant:ſed quo nobis contra ſpectantibus inferioris obiectu viſus arcetur ſtellæ ſuperioris:propterea q; deficere ac laborare propter obiectum inferioris ſuperior exiſtimatur.Item inquit,quæ longo interuallo rurſus apparent,metus & quædam portenta ſignificāt:vel mox futura:vel ſerius. Significationem vero pertinere ad eos qui de iis rebus ratiocinari poſſunt,putat.Ex quo intelligi datur non ſtellas facere,quæ proueniunt,ſed futura prænunciare. Quam rationem ſecutus vates etiam Homerus,ortum caniculæ canem Orionis appellat.Cum hāc eandem ſtellam ἀστρόκυνον quidam,Aegyptii vero σολιχῶ vocent.Cuius cōpletur annus,qui κυνικὸς vocatur,annis mille quadringentis ſexaginta.Dicit autem Homerus de hoc ſidere hactenus.Iſte quidem clarus:ſed triſtia fata minatur.Tunc opinor cum fuerit interuallo temporis viſus.videtur porro interpoſito quadriennio:ſed non in iiſdem locis.Quater porro trecentis ſexagintaquinq; quadrienniis completur Cynicus annus.Aegyptiorū quoq; prophetæ ſtellam quandam aliquot annis non viſam verentur, quam vocant Aſic.Porro ſidus exoriens morbos populorum multorumq; optimatum mortes denunciat.Homerus deniq; qui idem fuerit Aegyptius,ſiquidē Thebanus fertur:quæ ciuitas eſt apud Aegyptum nobiliſſima,idipſum latenter exequitur in Iliadis exordio:cum dicit propter iram Achillis,cuius pater Peleus,mater vero maritima fuerit dea,morbum atq; interitum nō modo clarorum virorum:ſed aliorum quoq; animalium & pecorū bello neceſſariorum extitiſſe.quo quidem ſumpto exordio cætera poetica licentia finxit. Eſt quoq; alia ſanctior & venerabilior hiſtoria quæ perhibet ortu ſtellæ cuiuſdā, non morbos morteſq; denunciatas:ſed deſcenſum Dei venerabilis ad humanę conſeruationis rerumq; mortalium gratiā.Quā ſtellā cū nocturno itinere ſuſpexiſſent Chaldæorum profecto ſapiētes viri,& cōſideratione rerum cœleſtium ſatis exercitati,quæſiſſe dicuntur recentem ortum Dei:repertaq; illa maieſtate puerili veneratos eſſe,& vota Deo tanto cōuenientia nuncupaſſe.quæ tibi multo melius ſunt comperta q̄ cæteris.

Defectus ſiderum.

Stellæ nō faciūt futura.

Homer9

Cynicus annus.

Homer9 ægypti9.

Stella in ortu Chriſti.

Magi.

Dęmonū pręſtātia.

At vero naturæ dæmonum prędare rationē,maius eſſe opus dicit q̄ ferre valeat hoīs ingenium:nō quo diſputatio hęc a philoſophis aliena ſit:quibus enī aliis magis competat?ſed ꝙ inquiſitio rei iſtius primariæ ſuperuectęq; contemplationis ſit:quæ appellatur ἐποπτεία.,altior aliquanto q̄ Phyſica.Propterea q; nobis qui de rerū natura nūc diſputamus,nequaq̄ conueniens eſſe videt.Idē tn̄ breuiter & ſtrictim de iis ptātib9 q̄ dii putant locut9,propterea credo ne mūdi cōſtitutio i†di,

perfecta relinqueretur ex quotacunq; parte ſi ſileret de huiuſmodi rebus, credule magis q̄ perſuadenter & probabiliter oſtendit oportere credulitatem omnes doctrinas præcedere, maxime cum non quorumlibet, ſed magnorum & prope diuinorū virorū ſit aſſertio. Deniq; nō fruſtra de Pythagora dictū, ipſum dicere: propterea q; vltra quæri nō oportere. Ergo, inquit, neq; probationes ſemper adhibendæ, nec perſuadens aſſertio iis quæ dicuntur a priſcis diuina quadam ſapientia prędi tis. Simul exponit ea quę Orpheus, & Linus, & Muſęus, de diuinis poteſtatibus vaticinati ſunt, non quo delectaretur, aut crederet: ſed q; tanta eſſet auctoritas vaticinantium: vt iis aſſeuerantibus parcius credi non oporteret. At vero in eo libro qui Philoſophus inſcribitur, ſumma diligentia præcipuaq; cura omnes exequitur huiuſmodi quæſtiones: priſcorum hominum genus omnia quæ aduerſum hominum vitæq; agendam facultatem diuino conſilio prouidentiaq; demanant auxiliantibus atq; operantibus tam potentiis, q̄ rationibus, hæc ipſa quæ auxiliantur deos exiſtimaſſe: propterea q; rudibus animis nondum inſediſſet veri Dei ſcitatio. Erāt eni paſtores & ſyluicędi, cęteriq; huiuſmodi ſine ſtudiis humanitatis, quos cladi publicę ſuperſtites fecerat opportuna habitatio ex tēpeſtatū atq; illuuionis incōmodo. Quę poetæ poſtea blādiētes humanis paſſionibus propter cupiditatem lucri verſibus ſuis firmata: mēbratimq; effigiata amplis & reconditis nominibus exornauere: vſqueadeo vt etiam vitioſas hominum illecebras turpiſſimoſq; actus Deos cognominarent obnoxios paſſioni. Itaq; factum vt pro gratia quæ ab hominibus debetur diuinæ prouidentiæ, origo & ortus ſacrilegio panderetur. Cuius erroris opinio creuit inconſultorum hominum vanitate.

Ipſe dixit Pythagore auctoritate ſcredere oportere. — *Orpheus. Linus. Muſæus. Li. Philo.* — *Poetæ.* — *Deorum origo.*

Hæc ad præſens Plato quidem de dæmonum genere diſſeruit. Nos tamen oportet, etſi nō vſq;quaq; veram, eorum breuiter rationem explicare: quæ eſt huiuſmodi. Quinq; regiones vel locos idem Plato eſſe dicit in mundo, capaces animalium: habentes aliquantam inter ſe differentiam poſitionum: ob differentiam corporum quæ inhabitent eoſdem locos. Summum enim eſſe locum ait ignis ſereni: huic proximum æthereum, cuius corpus eſſe ignem æque, ſed aliquanto craſſiorem, q̄ eſt altior ille cœleſtis. Dehinc aeris. Poſt humectæ ſubſtantię quam Græci ὑγρασίαν appellant: quæ humecta ſubſtantia aer eſt craſſior: vt ſit aer iſte quem homines ſpirant. Imus vero atq; vltimus locus terræ. Quæ porro in locis differentia eſt, eadem & in magnitudinibus inuenit. Cœleſtis maximus: quippe qui omnia intra complexum ſuum redigat. Breuiſſimus terræ: quia cæteris omnibus corporibus ambitur. Iuxtaq; rationem continui competentis, cæteri medii. Cum igitur extimi limites, ideſt ſummus atq; imus celebrentur conuenientibus animalibus naturæ ſuæ, ſcilicet ratione vtentibus: cœleſtis quidem ſtellis: terreſtris autem hominibus: conſequens eſt etiam cæteros locos regioneſq; interiectas plenas eſſe rationabilibus animalibus exiſtimari: ne quis mundi locus deſertus relinquatur. Etenim eſt abſurdum homines quidem vnam mundi regionem inhabitantes fragili corpore, animo cū amētia, & ſine ſynceritate pleno pœnitudinis ob inconſtantiam commotionum ſuarum, alias aliis atq; aliis placentibus rationabiles animātes putari: Stellas vero prudētis naturæ ob æternā actuū ſuorum cōſtantiā nulli pœnitudini obnoxias: puro minimeq; diſſolubili corpore: vtpote quæ extimas ignis cuncta ambientis regiones incolant, ſine anima fore:

Regiões quinq; mūdi. — *Stellę animantes.*

carere etiam vita putare. Cui quidẽ rei Hebręorum quoq; sententia cõcinit: qui Opi. Rabi Mossei
perhibent exornatorem mundi Deum mãdaſſe prouinciam Soli quidem vt diẽ
regeret: Lunę vero vt noctẽ tueretur. Cęteras quoq; ſtellas diſpoſuiſſe tanq̃ tẽpo
rum limites annorumq; ſigna: indicia quoq; futurorum ꝓuentuum. Quę cuncta
certe tã moderate, tã prudẽter, tam iugiter cõtinueq; agi ſine rationabili, quini
potius ſine ſapientiſſimo rectore non poſſent. Quare cum ſit diuinũ quidem &
immortale genus animalium cœleſte, ſidereum: temporarium vero & occiduum
paſſioniq; obnoxium terrenum: neceſſe eſt eſſe inter duo hæc medietatẽ aliquã
connectentem extimos limites: ſicut in harmonia videmus, & in ipſo mundo. Vt
enim ſunt in ipſis materiis medietates, quæ interpoſitæ totius mundi corpus cõ
tinuant iugiter, ſuntq; inter ignẽ & terrã duæ medietates aeris & aquę: quę me
diæ tangunt cõnectuntq; extimos limites: ſic cũ ſit immortale animal, & impati-
bile, idemq; rationabile, qđ cœleſte dicitur, exiſtẽte itẽ alio mortali paſſionibuſq;
obnoxio genere noſtro: neceſſe eſt aliquod genus mediũ fore quod tam cœleſtis
q̃ terrenæ naturæ ſit particeps: idq; & immortale eſſe & obnoxium paſſioni. Ta
lis porro natura dęmonũ eſt opinor, habens cum diuinitate conſortium propter Dęmonũ
immortalitatem: habens etiam cum occiduis cognationem: quia eſt patibile: nec natura.
immune a paſſionibus: cuius affectus nobis quoq; conſulit. Huius porro gene-
ris eſt illud æthereũ qđ in ſecundo loco cõmemorauimus poſitum: quos Hebręi
vocant ſanctos angelos, ſtareq; eos dicunt ante dei cõtẽplationẽ venerabilis ſum Angeli
ma atq; acri intelligentia, mira etiã memoriæ tenacitate, rebus quidẽ diuinis ob- ſancti.
ſequium nauãtes ſumma ſapientia, humanis vero prudenter opitulantes, iidemq;
ſpeculatores & executores dæmones opinor tanq̃ δαήμονες dicti. Δαήμονας porro Dęmo-
gręci ſcios rerum omnium nũcupant. Quos quidẽ pręfectos ſenſili mũdo primo nes.
quidẽ vicem imitari aliquã putãdũ. Vt enim Deus iuxta angelũ: ſic angelus iu-
xta hominem. Dehinc ꝙ vſui nobis ſint interp̃tantes & nunciantes Deo noſtras
preces, & item hominibus Dei voluntatẽ intimantes: illi noſtrã indigentiã, por-
ro ad nos diuinam opem deferentes. Quã ob cauſam appellati ſunt angeli ob aſ- Angeli
ſiduum officium nunciãdi. Teſtis eſt huius beneficii cũcta Gręcia, omne Latiũ,
omniſq; Barbaria: gratulationeſq; populorum libris conditis ad memoriã ꝑpe-
tuitatis. Indiget quippe natura generis humani nimiũ imbecilla ſuffragio melio
ris pręſtantioriſq; naturę. Quã ob cauſam Creator omnium & cõſeruator Deꝰ
volens eſſe hominũ genus ꝑfecit his ꝑ quos recte regerentur angelos ſiue dęmo
nas. Nec nos terreat nomen promiſce bonis & improbis poſitum: qm̃ nec ange
lorũ quidẽ terret: cum angeli partim dei ſint miniſtri: & qui ita ſunt ſancti vocã-
tur: partim aduerſę poteſtatis ſatellites: vt optime noſti. Igitur iuxta vſurpatam
penes Gręcos loquendi conſuetudinẽ tam ſancti ſunt dęmones q̃ polluti & infe
cti: de quibus mox erit aptior diſputandi locus. Nunc de eo genere ſit ſermo qđ Dæmo-
ait Plato admirabili quadã eſſe prudentia memoriaq; & docilitate felici: ꝙ oia nes boni.
ſciat: cogitationeſq; hominũ introſpiciat: & bonis quidem eximie delectetur, im-
probos oderit contingẽte ſe triſtitia: quę naſciẽ ex odio diſplicẽtis: ſolus quippe
Deus, vtpote plenę ꝑfectęq; diuinitatis, neq; triſtitia neq; voluptate contingitur.
Cũctis ergo cœli regionibus ſortitis dęmonas inquilinos, agi mutuos cõmeatus
mediã mundi ſedem incolẽtibus poteſtatibus obſequium cœlo prębẽtibus, etiã
terrena curãtibus: quę poteſtates ętherei aereiq; ſunt dęmones remoti a viſu no

ſtro,& cęteris ſenſibus:quia corpora eorum neq; tantũ ignis habẽt vt ſint per-
ſpicua:neq; tantum terrę vt ſoliditas eorum tractui renitatur:totaq; eorum cõ-
pago ex ætheris ſerenitate & aeris liquore cõnexa, indiſſolubilem coaugmenta-
uit ſuperficiem.Ex quo nõnulli regionẽ hanc noſtram ἀΐδη merito, ꝙ ſit ἀειδὴς
Heſio- hoc eſt obſcura, cognominatam putant.Multos porro eſſe dęmonas etiã Heſio
dus. do placet. Ait em̃ itẽ eſſe eorũ decem milia, eoſq; eſſe tam in obſequio Dei q̄ in
Dęmonũ tutela mortalium:nõ certã ſummã conficiens numeri eorum,ſed iuxta vim pleni
numerus. numeri triũ multiplicans decẽ milia.Erit ergo definitio dęmonis talis. Dæmon
Demõis eſt animal rationabile,immortale,patibile,ęthereum,diligentiam hominibus im-
definitio. pertiens.Animal quidem quia eſt anima corpore† viuens.Rationabile vero quia
†vtens prudẽs .Immortale porro:quia non mutat corpus aliud ex alio:ſed eodem ſemp̱
vtitur.Patibile vero propterea:quia conſulit. Neq; enim dilectus haberi poteſt
ſine affectus perpeſſione.Aethereum item ex loco,vel ex qualitate corporis co-
gnominatum.Diligẽtiam vero hominibus impartiens propter Dei voluntatem
Aereus qui cuſtodes dedit. Eadem hęc erit definitio aerei quoq; dęmonis, niſi ꝙ hic in
dæmon. aere manſitat: et quanto eſt terrę propinquior,eo paſſioni affectus accommoda
Dęmonũ tior.Reliqui dæmones neq; ita probabiles neq; ita cõmodi:nec inuiſibiles ſemp̱:
figuræ & ſed interdum contemplabiles cũ in diuerſas cõuertunt̃ figuras : exanguiũ quoq;
officia. ſimulacrorum vmbraticas formas induunt̃,obeſi corporis illuuiem trahẽtes,ſę-
pe etiam ſcelerũ et impietatis vltores,iuxta iuſtitię diuinę ſanctionem:vltro etiã
plęrunq; lędunt.Tanguntur enim ex vicinia terræ terrena libidine:habentq; ni-
Sylua q̄ miam cum ſylua cõmunionẽ:quã malignã animam veteres vocabant. Hos qdã
anima & huiuſmodi dæmonas proprie vocãt deſertores angelos,quibus nulla quæſtio
maligna. referenda eſt ſuper nomine. Plæriq; tamen ex Platonis magiſterio dæmonas pu-
Platonico tant animas corporeo munere liberatas: laudabilium quoq; virorũ ęthereos dę-
rũ errores monas:improborũ vero nocentes:eaſdẽq; animas anno demũ milleſimo terrenũ
Empedo- corpus reſumere. Empedocleſq; non aliter longæuos dęmonas fieri has animas
cles. putat.Pythagoras etiam in ſuis aureis verſibus.
Pythago, Corpore depoſito cum liber ad æthera perges,
ras. Euades hominem factus Deus ętheris almi.
Quibus Plato cõſentire minime videt̃:cũ in Politia tyrãni aiam facit excruciari
poſt mortẽ ab vltorib9.Ex quo apparet aliã eſſe aiam,aliũ dęmonẽ.Siquidẽ qđ
cruciat̃,& itẽ qđ cruciat,diuerſa eſſe neceſſe ſit.Qꝫ q; opifex Deus ante dęmo-
nas inſtituit, q̄ noſtras animas creauit: ꝙq; has indigere auxilio dęmonum, his
voluerit illos prębere tutelam. Quaſdã tamẽ animas quę vitã eximie p̱ trinã in-
corporationẽ egerint virtutis merito aereis vel etiã æthereis plagis conſecrari
putat a neceſſitate incorporationis immunes.

Hactenus de natura dęmonũ:deinde de mortalium genere diſſerit.Ac primo
Hominis de hominibus,eorumq; ipſorum ſexu virili,rationabilem partem duplici virtute
genus. prędità docẽs.Alterã quę cõtẽplatur eandem ſemper immutabilemq; naturam:
† intẽtiõe ex qua †intenſione mẽtis cõualeſcit ſapientia. Alterã itẽ quę mutabiliũ gñatorũ
q; opinatrix eſt,·cui prudentię vocabulum congruit.Vtrãq; porro hanc animæ
potentiam a ſummo & intelligibili deo dicit vniuerſi corporis mundi ſenſilis vi-
delicet animæ datam:cęteras ratione carentes & occiduas animę portiones, id
eſt appetitum ſenſuũ,localẽ motum quo quęq; corpora nutriuntur,totũq; cor

pus iuſſu & ordinatiõe architecti Dei a generatis ab ipſo poteſtatib9 aſſignata eſſe mortalibus, propterea ne ſi hęc etiam ab opifice & intelligibili Deo forent, vnius eſſent fortunæ omnia, immortalibuſq; exiſtentibus cunctis nullo exiſtente mortali ſemine claudicaret vniuerſitatis perfectio: cum in exemplari hoc eſt intelligibili mundo inferioris naturæ ſemina intelligibiliter extent.

Videamus nunc ſermonis textũ.† Di Deorum, quorum idem opifex paterq; ego. Dramatica eſt dialogi q̃d ad diſpoſitioné pertinet, adumbratio: ſermo vero ſpeciei anguſtioris. Decet deniq; hoc in genere orationis arcanorum interpretatio fabuloſa. Nihil ergo incõuenienter facit auctor q; opificem Deum inducit concionantem ſanctientemq; a ſe genitis quæ obſeruari vellet, multis rationibus. Primo recreationis legentium cauſa. Quippe res difficilis lepido ſermone cõdita facilius ad intima mentis admittitur. Deinde inopinatę locutionis varietas mixta religioni raptis animis ad imaginem concionantis pręſentẽ laborẽ ſentire non ſinit. Tum immutatio magiſterii nouo inſtituto operis exordio nouas vires excitat audientis. Siquidẽ & deficit omnis auditor aduerſus moleſtiam vniformis eloquii: porro attentior fit cum nouę ſpes diſpoſitionis oſtenditur. Hoc in loco dogmata etiam ſua ſtudioſe aſſerit: vt nõ tam a ſe inuẽta, q̃ a Deo prædicta videantur. Prędicta autem non illo ſermone qui eſt poſitus in ſono vocis ad declarandos motus intimos propter humanę mentis inuolucra. Deus enim nullo obſtaculo prohiberi poteſt ab intellectu ſcientiaq; oĩm rerũ lege diuina, quã Plato ineuitabilem appellat promulgationẽ. Quid ergo dicit Deus? Dii deorũ quorum idem opifex paterq; ego. Pręclare. Facit enim regem optimatibus ſanctientem: vt lex illis data etiam ad cęteras poteſtates atq; animas cõmearet, opificẽ ſe & parentẽ eorũ eſſe cõmemorans. Opificem quidẽ vtpote a quo facti ſunt: patrẽ vero, vt qui cõſulat prouide quatenus æterni ac beati ſint. Opera ſiquidem vos mea. qa pater eſt & opifex non ſubſtantię: ſed gñationis. Illi eñ optimates, ideſt ſtellæ non ſunt intelligibiles ſed ſenſiles. At vero fabricator eorũ intelligibilis apprime. Deinde docet eos cuius naturę ſint: q; q; ex cõpoſitiõe ſubſiſtant. Porro q̃ ex cõpoſitiõe ſubſiſtũt, diſſolubilia ſunt hiſdẽ ratiõibus quibus ſubſiſterẽt: ipi tñ indiſſolubiles. Merito. Nõ eñ ſũt ex vllo ortu tẽporario: ſed ex voluntate ſummi Dei, emenſa oẽm tẽporũ antiquitatẽ. Qui vero indiſſolubiles eos eſſe cõfitetur, ſine vllo quoq; ortu cõcedat neceſſe eſt. Quod vero initiũ nõ habet, ſine fine certe eſt: & q̃d finem nõ habet, ſine ortu eſt. Diuinũ autẽ & immortale cognomẽtũ vocat rationis potentiã, ideſt rationẽ. Mortalia porro & aſſociata, immo vt ipſe ait, attexta: quæ ſunt, opinor, in vitiis iram videlicet et voluptatem.

† Dii Sermonis lepor

Opifex & pater de9

Deinde genituram humanarum proſequitur animarũ: vt natura eius liquido cõprehendat: & pſeuerat in fabula quã interpoſuit: ppterea vt quę dicũtur manifeſta ſint. Rurſus enim cratera proponit, & mixturã cõcretionẽq; earum potẽtiarum: ex quibus mundi anima cõcreuerat: exq; reliquiis earum noſtras machinatur: videlicet ex illa duplici natura eiuſdem & item diuerſi, diuiduęq; ſubſtantię: quę nõ vt antea ſyncerę puritatis erant. Neq; enim anima quę ex ſynceriſſimis excuderetur, in tanta ſyluæ vitia poſſet incidere: nec congruere cũ mortalis corporis fragilitate. Miſcebat autẽ, inquit, eodem propemodum genere: nec tamen eadẽ exoriebatur puritas, ſerenitaſq; puẽtuũ. Merito, quoniã in his animis quæ viuificãt morti obnoxia genera aĩaliũ, nõ pura ratio intellectuus ve ſyncer9

Aĩarũ genitura.

ſed aliquantū tam iracundię q̄ libidinis inuenitur. Mixta igitur inquit anima ipſa etiā in longū ſecatur: eiuſq; vna pars integra relinquitur iuxta naturæ quę vocatur circūactionē eandē. Ex quo intelligunt diuina omnia: ſapienteſq; fiunt qui intelligunt. Diuerſę vero naturę partem ſecat ſexies, iuxta modū irrationabilem planetum harmonicis & arithmeticis & geometricis medietatibus: vt ſupra demonſtratū eſt. Hæc eſt aię virtus quę opinio dicitur, qua duce quę naſcuntur &

Opinio occidunt noſcimus. Quę cōſtitutio animę facta eſt ꝓpterea vt eſſet, opinor, eadē anima ſcia tam intelligibiliū q̄ ſubſtantię ſenſilis: vtpote quę rationes vtriuſq; habeat i ſemetipſa naturę. Hęc eſt animę ratiōabilis inſtitutio a venerabili Deo facta in hominis innexa vultum, cū occaſiones vitiorum percipit æternę legis prouida moderatione.

Deinde ait delegiſſe aīas ſtellarū numero pares, ſingulaſq; ſingulis cōparaſſe, eaſdēq; vehiculis cōpetentibus ſupipoſitas vniuerſę rei naturā ſpectare iuſſiſſe. Anteq̄ ſementē faceret aiarū, ſuperimpoſuit ſtellis ſingulis ſingulas animas, quo hiſdem vehiculis vſę in circuitu ſtellarum cunctā mundi naturā cōſiderarent: illud docens, ꝙ ſine diuinitatis adminiculo ipſa per ſe anima nihil valeat ſpectare, atq; intelligere diuinum, legeſq; immutabilis decreti docuit. Hic iam magnam et difficilem rationem cōmouet: de qua multa diſceptatio habita inter veteres perſeuerat etiam nunc. Perfunctorium ergo tractatum haberi non conuenit iuxta Platonicum dogma. Longum eſt enim perſequi cæterorum. Quorum plæriq; nihil fato fieri putant. alii omnia, nec quicq̄ arbitrio ac voluntate. Quidam alia eſſe quæ fato, nihiloq; minus alia eſſe quę voluntate fiant. Iuxta igitur Platonē pręcedit prouidentia: ſequitur fatum. Ait enim Deum poſt mundi conſtitutionē diuiſiſſe animas ſtellarum numero pares: ſingulaſq; ſingulis comparaſſe: vniuerſiq; mundi monſtraſſe naturam: atq; vniuerſam fatorum ſeriem reuelaſſe. Horū enim quæ prima ſunt prouidentiam indicant, ſecunda leges fatales. proptereaq; iuxta Platonem pręnoſcitur prouidentia. Ideoq; fatum quidem dicimus ex pro-

Fatum. uidentia fore: non tamen prouidentiam ex fato. Fatum ergo iuxta Platonem dupliciter intelligitur & dicitur. Vnū cum ſubſtantiā eius animo intuemur. Alterum cum ex his quæ agit & eſſe id & cuiuſmodi vim habeat recognoſcimus. Idem fatum in Phędro quidem ſcitum ineuitabile: in Timęo leges quas Deus de vniuerſę rei natura dixerit cœleſtib9 animis: porro in Politia Lacheſeos appel-

Lacheſis lat orationem non tragice ſed more theologorum. Poſſumus ergo ineuitabile quidem ſcitum interpretari legem minime mutabilem ex ineuitabili cauſa: leges vero quas de vniuerſa natura dixit animis Deus, legem quæ mundi naturam ſequitur, & qua reguntur mundana omnia. Lacheſeos vero hoc eſt neceſſitatis orationem, diuinam legem qua præteritis & item præſentibus connectuntur futura. At vero in ſubſtantia poſitum fatum mundi anima eſt tripartita, in aplane ſphæram, inq; eam quæ putatur erratica, & in ſublunarem tertiam. Quarum elatam quidem ad ſuperna dici Atropon, mediam Clotho: imam Lacheſim. Atropon ꝙ aplanes in nulla ſit deflexione. Clotho propter varie perplexam tortuoſamq; vertiginem qua proueniunt ea quæ diuerſæ naturæ deuius motus importat. Lacheſim vero quaſi ſortitam id munus vt omnia prædictarum opera effectuſq; ſuſcipiat. Itaq; nonnulli putant præſumi dif-

ferentiam prouidentiæ fatiq; cum res vna ſit. Quippe prouidentiã Dei eſſe vo-
luntatẽ. Voluntatẽ porro eius ſeriem eſſe cauſarum:& ex eo quidẽ quia volũtas,
prouidentia: porro quia eadem ſeries cauſarum eſt,fatum cognominatũ. Ex quo
fieri:vt quę ſecundũ fatum ſunt, etiã ex prouidentia ſint.Eodemq; modo quæ ſe-
cundũ prouidentiam,ex fato, vt putat Chryſippus.Alii vero,quę quidẽ ex proui Chryſip-
dentię auctoritate, fataliter quoq; prouenire: nec tamen quæ fataliter, ex proui- pus.
dentia: vt Cleãthes. Sed Platoni placet:neq; omnia ex prouidentia fore: neq; oĩa Cleãthes
vniformẽ naturã eſſe rerũ quę diſpenſantur: ita quędã ex prouidentia tm̃, quę-
dam ex decreto:nõnulla ex voluntate noſtra,nonnulla etiã ex varietate fortunæ:
plęraq; caſu:quę vt libet accidunt. Et diuina quidẽ atq; intelligibilia quęq; iis ꝓ-
xima ſunt ſecundũ prouidentiam ſolam:naturalia vero & corporea iuxta fatum Prouidẽ-
Ea porro quę noſtri arbitrii,noſtriq; iuris ſunt,ſpõte noſtra.Porro quę extra nos tia
poſita ſine ratione atq; inopinate accidunt:ſi quidẽ manifeſtius diſpoſito cœpta Fatum
erũt,fortuita:ſi ſine nr̃a inſtitutiõe,caſu ꝓuenire dicunt᷑.Quę cuncta manifeſtius
in Timęo digerit,ita dicẽs.Quibꝰ ita ordinatis cũ in ꝓpoſito rerũ Creator ma-
neret.Quęnã ordinauerat?ſcilicet ꝙ vniuerſæ rei aiam corpuſq; oẽ modulamine
apto iugauerat.Intelligẽtes inquit iuſſionẽ pr̃is filii iuxta mãdatã informationẽ
imortali ſũpto iitio mortalis aiantis ex mũdi materiis igni terraq; & aqua cũ ſpi
ritu fœnus elemẽtariũ mutuati quod redderetur cum opus foret:ea quę accepe
rant conglutinabant nõ indiſſolubilibus illis nexibus ex quibus ipſi cohęſerant.
Etenim iuſſum Dei cui parent †Di ſecundi,ratio eſt opinor cõtinens ordinatio-
nẽ perpetuam:quę fatum vocatur.idq; trahit originem ex prouidentia. Quid cũ †Dii
dicit,coaugmẽtataq; mox vniuerſę rei machina delegit animas ſtellarum nume- Fatum
ro pares,ſingulaſq; ſingulis cõparauit,eaſdẽq; vehiculis cõpetentibus ſuperimpo
ſitas vniuerſæ rei naturam ſpectare iuſſit : legeſq; immutabilis decreti docuit?
Mũdi quippe machinam abſoluere: deligere animas ſtellarum numero pares: ve
hiculis aptis ſuperimponere:vniuerſę rei monſtrare naturam: leges immutabilis
decreti docere:cuncta hęc officia prouidẽtię ſunt.Ipſę vero leges quę dictę ſunt
fatum,idq; diuina lex eſt mundi animę inſinuata,ſalubre rerũ omniũ regimẽ.Sic
fatum quidẽ ex prouidentia eſt:nec tamen ex fato prouidentia.

Nũc iam de fato qđ in munere atq; actu poſitũ eſt, loquemur.Quippe de hoc
plurimę diſceptationes habentur morales,naturales,logicę.Nam cum omnia q̃ Fatum
fiunt infinita ſint,& ex infinito per immenſum tẽpus infinitumq; proueniant cũ
cta vndiq; cõplectens fatum tamen ipſum finitum ac determinatum.Neq; enim
lex neq; ratio neq; quid omnino diuinitate pręditum indeterminatũ. Idq; ipſum
manifeſtatur ex ſtatu ac cõformatione cœli ſub id tempus qđ perfectũ annũ vo
cant.Deniq; Plato ſic ait.Eſt tamen intellectu facile ꝙ perfectus temporis nume
rus perfectũ annum cõpleat:tũc demũ cũ oĩm octo circũactionũ curſus peracti Perfectus
velut ad originem & caput circũactionis alterius reuertentur:quam ſemper idẽ annus
atq; vniformis motus dimetietur.

Hoc quippe omni tempore finito, vt cuius determinatio certi circuitus ſpatio
conſideretur,omnia quę vel in cœlo vel in terris ꝓueniunt:ruſum de integro ad
prętéritas cõditiones redeãt neceſſe eſt:vtputa qui nunc eſt habitus cõſtellatiõis
poſt prolixam tẽporis ſeriem inſtaurabitur.Eodẽq; modo qui ſequitur, deinceps
eſt hoc ſemper.Ex quo apparet in actu poſitum fatum infinita varietate acciden

tium,& ex infinito in infinitum tempus quæ accidunt,ipſum tamen eſſe deter-
minatum,& immutabili ſemperq; eadem proprietate. Vt enim circularis motus
et item q̄d demetietur eum tēpus vtraq; ſint circuli, ſic ea omnia quæ in gyros
circūferūtur circuli ſint neceſſe eſt. Ergo ſcitum ineuitabile vocat ille fatum,ine-
uitabilem vim potentiamq; intelligens principalem cauſam omnium quę in mū-
do conſequenter continueq; fiunt. Hoc porro anima eſt tripertita mundi, quod
Scitū dei in ſubſtantia poſitum fatum in ſuperioribus diximus.Scitum porro Dei lex eſt
†Hęc quā inexcuſabilem eſſe aſſeruim9 ob ineuitabilē cauſam.†Huic porro lex & ora
tio eſt,& ſanctio:quā ſanxit Deus animę mundi ad perpetuam rerum omnium
gubernationem.Neq; em̄ vt eſſet mundus modo:ſed vt ęternus & indiſſolubi-
lis eſſet,curauerat.Quę ſanctio cuncta intra ſe cōtineat: alia ex aliqua pręceſſio
ne: quędam ſcđm cōceſſionem:ſcilicet vt in geometrica initia ex pręceſſione ſūt
theoremata vero ſcđm cōceſſionē.Cōceſſis quippe initiis: vt notæ & item lineę
cæterorumq; huiuſmodi velut originibus elementiſq;,theoremata ſecundū con-
ceſſionem aperiuntur:quaſi quæ habeant conſequentiam conceſſę pręceſſionis.
Sic etiam ſanctio ordinatio exiſtens & lex omnia complexa cauſas præcedentes
ex meritis noſtris habet vt initia quædam.Quę porro neceſſitatibus conſtricta
proueniunt,iuxta pręceſſionem neceſſitatemq; eius cōſequenter eueniunt. Ergo
Prouidentia. initium diuinę legis:ideſt fati prouidentia.Fatum vero, quod & parendi ſibi ob-
ſequium & non parendi contumaciam velut edicto cōplectitur. Animaduerſio-
Fatum. nes porro vel pręmia exoriuntur ſcđm †collati meriti pręceſſionem. Collati au-
†collocati tem in alterutram partem meriti pręceſſio animarum noſtrarū motus eſt: iudi-
ciumq; & conſenſus earum & appetitus vel declinatio:quę ſunt in nobis poſita
quoniam tam horū q̄ eorum quę his contraria ſunt optio penes nos eſt. Igitur
in hac rerum ordinatione atq; rerum lege,antiquiſſima quęq; ex pręceſſione di-
cuntur fore:& ſunt noſtrę poteſtatis.Quæ vero poſt illa ſunt ſcđm pręceſſionē
& neceſſitatē conſtricta:atq; vt aliud lex,aliud q̄d legem ſequitur, ideſt legitimū:
ſic aliud fatum,& alia quæ fatum ſequuntur ex ineuitabili neceſſitate,fatalia. Eſt
igitur vniuerſę rei anima fatum in ſubſtātia poſitum. Eſt itē data huic informa-
tio rem omnē recte gerendi.Lex quæ in munere atq; actu poſita fatum cōtinet,
habet textum & conſequētiā talē. Si hoc erit ſequetur illud:ergo q̄d ex his pręce
dit in nobis eſt:q̄d ſequitur ſcđm fatū.Q̄d alio nomine fatale dicitur, a fato plu-
rimum differēs.vt ſint tria:q̄d in nobis poſitum eſt: & ipſum fatum:& q̄d ſcđm
fati legem pro meritis imminet. Deinde ipſius legis verba ponit:qua ſe comitē
Deo fecerit.Anima eorum quę aliquid viderit quę vere ſunt,vſq; ad alterius cir
cuitus tempus erit incolumis.Ac ſi ſemper hoc faciet, ſemp̄ incolumis manebit.
Eſt igitur totum hoc lex & edictum q̄d fatum proprie vocatur:Secutū vero So-
cratem legis edictum Deo ſe comitē prębuiſſe proprium Socratis opus. Porro
ꝙ cū ita viueret Socrates, anima eius vſq; ad alterius circuitus tempus incolu-
mis perſeuerat,iuxta decretū fatale prouenit.Ac ſi ſemp̄ hoc faciat q̄d eſt in So-
Laio p̄dictum. crate, ſemper incolumis erit iuxta fatum.Hac ratione Laio prædictum eſt ab
Apolline. Caue vetitos liberum ſulcos feras. Generatus ille te mactabit impie
Et omnis aula reſpergetur ſanguine.His quippe oraculis oſtendit penes Laium
fuiſſe ne ſereret:quę pręceſſio eſt. Q̄d porro inſecutū eſt, iā nō in poteſtate Laii,
ſed potius in neceſſitate fatali iuxta meritum p̄ceſſiōis, Q; ſi neceſſe eſſet Laio

ſortem illā incurrere, aut iandudū immineret clades illa ex ineuitabili neceſſita
te, vacaret ſciſcitatio, vacaret etiam prędictio. Sed ille quidem vtpote pręſcius q̄
ſequerētur, ſementē iuxta fatū fieri vetabat: ſciens in poteſtate eiꝰ poſitū ſi abſti-
nere vellet. Laius vero vt homo neſcius futurorū, ab eo qui ſciret, quid agendum Laius
ſibi eſſet ſciſcitabatur. Seuit autem non fato eliciente: ſed victus intemperantia.
Eodemq; modo Thetis prędixerat filio ſi bellaret apud Troiam, amica ſibi para Thetis
tura necem, maturū exitium cum ingenti fama futurum. Si rediret ad patriā, lō-
ga vitę ſpatia portendi ſine gloria. Bellauit tamen nulla fati cogēte violētia: nul-
la quippe in optiōe ancipiti: ſed tanq̄ bilis violentia: ſed propenſo iuxta gloriā fa
uore. Quibus concinit etiam illud Platonis. Cauſa penes optantem, Deus extra
culpam. Itē liberam eſſe virtutem nec vlli obnoxiā neceſſitati. Vel cū ait animis Virtus
Lacheſis nullā earū ſortito ſub ditionē dęmonibus eſſe venturā: ſed ipſas ſponte libera.
lecturas ſibi dęmonē quem quęq; putauerit deligendum. Iuxtaq; Moyſea Deus Moyſeus
vitę primigenis interdixit: ne edulibus arborū ex quibus notitia boni maliq; ani Adam &
mis eorū obreperet, veſcerētur: quia cū & abſtinēdi & nō abſtinēdi poteſtas pe- Eua.
nes eos eſſet, qui conſultum his vellet Deus quid cauendum eſſet oſtendit: non
prohibiturus fruſtra, ſi id fieri eſſet neceſſe.

Nunc iam de his agemus quę in hominis poteſtate ſunt. Omnia quę ſunt, in
tres partes a veteribus diuiſa ſunt: poſſibile, neceſſarium, ambiguum. Poſſibile Poſſibile
vt genus: neceſſarium & dubium vt ſpecies. ergo omne poſſibile vel dubiū vel
neceſſarium eſt. Neceſſarium porro dicitur quod neceſſitate cōſtrictum eſt. Et
quia poſſibilium plęraq; obſtari quo minus ꝓueniant non poſſunt: quędā prohi
bentur, declinanturq; cōſiliis, definitionibus adumbrantur huiuſmodi. Neceſſa-
riū eſt poſſibile cuius cōtrarium eſt impoſſibile: vt eſt oia orta occidere, & aucta Neceſſa-
ſeneſcere. Neceſſe eſt enim omne qđ ſit natum, emori: & qđ vſq; ad ſenectutē ꝓ- rium.
uectum, ſeneſcere. Nec eſt contrarietati locus; ſcilicet qđ ortum ſit, non occidere.
Dubiorum vero definitio talis eſt. Dubium eſt poſſibile cuius etiam cōtrarium
poſſibile: vt hodie poſt occaſum Solis pluuiā futuram. hoc enim poſſibile: ęque Dubium
etiā contrariū eius poſſibile: vt poſt occaſum Solis omnino non pluat. Iam ve-
ro dubiorum prouentuum plures differentiæ. Quædam enim frequentia ſunt:
quędam peręque frequētia: vt barbire, vtq; ſcire literas, vel agere cauſas. Aduer-
ſantur porro frequētibus, quę quidem rari exempli ſunt: his porro quę peręque
proueniunt, quę non ſunt pęque. Erit ergo eorū quæ peręque dubia ſunt optio
penes hominem: qui vtpote rationabile animal cuncta reuocat ad rationem atq;
conſilium. Ratio porro & conſiliū motus eſt intimus eius qđ eſt in anima prin- Ratio
cipale. hoc vero ex ſe mouetᷣ: motuſq; eiꝰ aſſenſus eſt vel appetitus. Igitur aſſen- Cōſilium
ſus & appetitus ex ſe mouentur: nec tamen ſine imaginatione, quam φαντασίαν
græci vocant. Ex quo fit: vt perſępe fallēte imagine motus ille principalis animæ Phātaſia.
poteſtatis vel conſenſus deprauetur, & eligat vitioſa pro optimis. Cuius rei mul-
tiplex cauſa eſt: vel agreſtis in conſultando inelegantia: vel ignoratio, vel nimium
dedita mens importuno fauori, vel falſę opinionis anticipatio: vel cōſuetudo pra
ua: vel certe alicuius vitii tyrannica quędā dominatio: proptereaq; vi, aut violen-
tis delinimentis potius q̄ voluntate peccare dicimur. Quę cum ita ſint, ſalua eſt
opinor diuinatio: ne pręſagio derogetur auctoritas. Poteſt quippe pręſcius tali Diuina-
facta informatione fati conſilium dare aggrediendi vel nō aggrediendi. Recteq; tio.

& rationabiliter mathematicus originē captabit inſtituendi actus ex ꝓſperitate
ſiderū atq; ſignorū: vt ſi hoc factum erit, proueniat illud. Hęc porro & huiuſmo-
di remedia ſunt dubiorum prouentuū: in quibus conſilii ſalubritas medicina eſt.
Lex iuſſū Habent etiam diſciplinę locum, maximeq; legum latio. Quid eſt enim lex niſi iuſ
ſum ſciſcens honeſta, prohibēs cōtraria? Idcirco quia horum electio in noſtra po
teſtate eſt: laudiſq; honor, & vituperationis nota, præmiiq; gratia, & ſuppliciorū
† iure animaduerſio, cætera item exhortamenta virtutis malitięq;, retinacula † vitę pro-
ſpecta ſunt.

Nunc quoniam quid rerum ſit prouidentia: quidve fatum in ſubſtantia poſi-
tum: & item quid in munere atq; actu inuenitur, quidve i poteſtate hominis ſit:
quid item quod iuxta fati decretū prouenit profecuti ſumus: de fortuna deq; iis
Fortuna quę caſu proueniunt, diſſeremus. ¶ Fortunę poteſtatē omnem in rebus hominū
Caſus dicit eſſe: Caſus aliam quandā iuriſdictionē. Quę enim vel rebus vita carētibus:
vel ſine rōne viuētibus aīalibus accidūt, nō ex natura vel arte: hæc oīa caſu facta
dicunt. Quę vero hoībus accidunt vel fauentia negotiis eorū vel aduerſantia, for
Cauſæ tuita: & ex fortunæ arbitrio putant. Cauſarū vero altera principalis eſt, altera ac
cidēs. Principalis cauſa eſt itineris faciēdi, vel negociatio, vel ruris īſpectatio, vel
Accidēs aliqua generis hui9. Accidēs, vt cū iter ingreſſos Sol atq; ęſtus adurunt: q̄ ſequit
infectio vultus & coloratio. Quippe nō infectionis cauſa iter fuerat inſtitutum.
Cōmuniter ergo tam fortunam q̄ caſum principali cauſę accidentes cauſas eſſe
dicemus: vt ſit cauſa quidem principalis in fato, in fortuna vero & caſibus cauſa
accidens. Et quia quę fiunt partim ex neceſſitate habent auctoritatem, partim
vſitati & frequentis exempli ſunt, partim ex raro accidunt: & fortuna & caſus in
iis inueniuntur quę raro accidunt. Et fortunę quidem irrationabilis & cum ad-
Fortuna miratione prouentus inopinus ex hominū propoſito ſumit originē. Caſus vero
Caſus citra propoſitum hominis fit. Siquidē qđ caſu accidit, vel in rebus vita carenti-
bus, vel in mutis animalibus inuenitur. Breuiter ergo cū duę cauſę initiū haben
tes ex propoſito nr̄o ita cōcurrunt: vt non quod propoſitū eſt, & longe ſecus prę
terq; opinionem accidat, fortunę ludus eſt: vt ſi quis occulte theſaurū terrę man
det, dehinc agricola propoſitum habens vitē aliamve quālibet ſtirpē propagare:
theſaurum illum dum ſcrobem molitur, inueniat: certe neq; qui condidit vt alius
inueniret: ſed vt ipſe cum prolato opus eſſet reportaret: nec agricola vt theſaurū
inueniret: ſed vt ſcrobē faceret, laborauerat: & tamen vterq; vſus fortuna eſt ino-
Fortunę pina. Quare ſic etiā fortuna recte definiri poteſt. Fortuna eſt concurſus ſimul ca-
definitio. dentiū cauſarum duum originē ex ꝓpoſito trahentiū: ex quo cōcurſu ꝓuenit ali-
quid pręter ſpem cū admiratione. Vt ſi creditor ob diu fruſtra repetitū debitū
procedat ad forū inſtruendorū gratia patronorū: eodē etiam debitor mercandi
cauſa: dehinc cōuentus debitor arbitris patronis diu tractū debitū deprę́ſentet
Diuerſa quippe cauſa vtriſq; ꝓcedendi fuit: & illud potius actum quod propoſi
Caſus de tū non erat, q̄ quod iam pene agebatur. Erit ergo etiam Caſus concurſus ſimul
ſcriptio. atq; vna accidentiū ſine ratione cauſarum in vita carentibus vel mutis animali-
bus: vt cū clauſę feræ ſtabulis euaſis, rurſum ad eadem ſtabula reuertūtur vltro:
cūq; vltro dicimus ſaxum concidiſſe. Ac de fato quidē: deq; iis quæ in hominis
poteſtate ſunt, Fortuna quoq; & Caſibus ſatis dictum.

Sed quia ſunt aliqua quę cōtra hęc e diuerſo dicuntur, proponēda ſunt: & di-

luenda. Tũc demũ eñ firmis erit fundamẽtis locata Platonis ſentẽtia. Aiũt ergo
Si De9 cuncta ex initio ſcit anteq̃ fiant: nec ſola cœleſtia q̃ felici neceſſitate ꝑpe- Fato fieri
tuę beatitudinis quaſi quodã fato tenent: ſed illas etiã noſtras cogitatiões & vo- oĩa opi.
luntates ſcit: ſcit quoq; dubiã illã naturã: tenetq; & ꝑterita, & pręſentia, & futura
& hoc ex initio: nec poteſt falli Deus: omnia certe ex initio diſpoſita atq; decre-
ta ſunt, tam ea quæ in noſtra poteſtate poſita eſſe dicuntur: q̃ fortuita, necnõ ſub
iecta caſibus. Porro cum hęc omnia iaududum decreta ſint, cuncta quæ proue-
niunt ex fato prouenire concludunt. Leges etiam & exhortationes & obiurgatio
nes & diſciplinas, quæq; huiuſmodi ſunt, omnia teneri fatalibus conditionibus.
Quando ſicui quid accidere decretum eſt: vna etiam decretum ſit cuius ope vel
beneficio debeat prouenire: vt ſicui ſalus prouentura erit in nauigando, proue-
niat ei non alio quoq̃: ſed illo gubernatore nauim regente: vel ſicui ciuitati prouẽ
turum erit vt bonis vtatur inſtitutis & moribus, vt Spartę, Lycurgi legibus
hoc debeat prouenire. Item ſiquis erit iuſtus futurus vt Ariſtides, huic educatio
parentum adiumento ſit in iuſtitię atq; ęquitatis obtentu. Artes quoq; ſub fati
cadere decretũ: manifeſtum eſſe aiũt. Nã & hinc iãdudũ eſſe ordinatũ quis ęger
quo medente reualeſcat. Deniq; fieri frequenter vt nõ a medico: ſed ab imperito
curetur ęger cũ talis erit cõditio decreti. Similis ratio eſt laudũ, vitupationũ, ani
maduerſionũ, pręmiorũ. Fit eñ frequẽter: vt aduerſante fato, quę recte geſta ſũt
non modo nullã laudẽ: ſed cõtra rep̃henſionẽ ſuppliciaq; afferãt. At vero diuina-
tionẽ dicũt clare demõſtrare prouẽtus iãdudũ eſſe decretos. Neq; eñ niſi decre
tum pręcederet, ad rationem eius accedere potuiſſe pręſagos. Animorum vero
noſtrorum motus nihil aliud eſſe q̃ miniſteria decretorum fatalium. Siquidem
neceſſe ſit agi per nos agente fato. Ita homines vicem obtinere eorum quæ di-
cuntur ſine quibus agi non poteſt: ſicut ſine loco eſſe non poteſt motus aut ſta-
tio. Aduerſum quę tã pugnaciter & ipſo fato violentius inſtituta, quid reſpon
debimus? Q2 Deus ſciat quidem omnia: ſed vnumquodq; pro natura ſua ip- Impugna
ſorum ſciat: neceſſitati quidem ſubiugatum, vt neceſſitati obnoxium, anceps ve- tur.
ro, vt qđ ea ſit natura præditum, cui conſilium viam pandat. Neq; enim ita ſcit
ambigui naturam Deus: vt quod incertum & neceſſitate conſtrictum: ſic enim
falletur & neſciet: ſed ita vt pro natura ſua vere dubium ſciat. Quid ergo dici-
mus? Deum ſcire omnia: ſciẽtiamq; eius ex ęternitate ſolidari. Porro quę †ſequũ- †ſciũtur
tur partim diuina eſſe, & immortalia: partim occidua, & ad tempus. Immorta-
lium rerum ſubſtantiam fixam & ſtabilem fore. Mortaliũ mutabilem & dubiã,
aliaſq; aliter ſe habentem, ob naturæ inconſtantiam. Ergo etiam ſcientia Dei de
diuinis quidem, quorum eſt certa & neceſſitate perpetua munita felicitas, cer-
ta & neceſſaria ſcientia eſt: tam propter ipſius ſcientiæ certam compræhenſio-
nem, q̃ ꝓ eorũ quæ ſciuntur, ſubſtantia. At vero incertorum neceſſaria quidem
ſcientia: ꝙ incerta ſint, & in euentu ambiguo poſita. Nec enim poſſunt aliter eſſe
q̃ eſt natura eorum: ipſa tamen in vtranq; partem poſſibilia ſunt: potius q̃ neceſ
ſitatibus ſubiugata. Non ergo etiam dubia ex initio rigide diſpoſita atq; decre-
ta ſunt: †niſi forte idipſum, ꝙ incerta eſſe & ex ancipiti euentu pendere debeant. †ne
Quare ꝙ animæ quoq; hominis natura talis ſit: vt interdum ad virtutem ſe
applicet: interdum ad malitiam prępõderet, perinde vt corpus mõ ſoſpitati, mo-
do ęgritudini ꝓximũ: fixum plane eſt & decretum ex origine. Quis porro malus

ſit futurus aut bonus, neq; decretum, neq; imperatū. Proptereaq; leges, magiſte-
ria, deliberationes, exhortatiões, reuocationes, inſtitutiones, nutrimentorū certa
obſeruatio, laus, vituperatio, quæq; his ſimilantur: quia recte viuēdi optio penes
nos eſt. Si igitᷣ eorum quæ ſunt pleraq; iuris noſtri ſunt: alia extra noſtram po-
teſtatem: noſtra quidem appetitus, iudicium, voluntas, conſenſus, præparatio, ele-
ctio, declinatio: aliena vero, diuitię, gloria, ſpecies, fortitudo, cęteraq; quę potius
optare poſſumus q̄ vindicare: recte dicitur, ſi quis forte velit quę non ſunt in po
teſtate noſtra, noſtri iuris eſſe pręſumere, nihil ſapere. Conſequenter ergo etiā is
qui quę noſtra propria ſunt pręſumit aliena: nihil opinor ſapit. Deniq; nullus lau
datur ob adeptionem ſecundorum quæ in hominis poteſtate non ſunt: niſi for-
te putatur beatus. proſperitas enim non eſt in eius arbitrio. At vero in iuſtitiæ
contractibus, temperantięq; negotiis, & in cæterarum virtutum obſeruantia iu
re laudamur: ſiquidem virtus libera eſt. Contraq; agentes repræhendimur, ꝙ
Spótanea dare operam vt peccemus exiſtimamur. Dicunt porro non ſpontanea eſſe deli-
an ſint cta: ideo ꝙ omnis anima particeps diuinitatis naturali appetitu bonum quidē
delicta. ſemper expetit: errat tamen aliquando in iudicio bonorum & malorum. Nanq;
Bonum alii noſtrum ſummum bonum voluptatem putant: diuitias alii: plęriq; gloriam,
ſummum & omnia magis q̄ ipſum verum bonum. Eſt erroris cauſa multiplex. Primāquā
Stoici duplicem peruerſionem vocant. Hæc autem naſcitur tam ex rebus ipſis,
q̄ ex diuulgatione famę. Quippe mox natis exq; materno viſcere decidentibus
prouenit ortus cum aliquanto dolore, propterea ꝙ ex calida atq; humida ſe-
de ad frigus & ſiccitatem aeris circūfuſi migrent. Aduerſum quem dolorem, fo
tuſq; puerorum, oppoſita eſt medicinæ loco artificioſa obſtetricum prouiſio:
vt aqua calida confoueantur recens nati, adhibeātur q; vices & ſimilitudo mater
ni gremii ex calefactione atq; fotu. quo laxatum corpus tenerum delectatur et
quieſcit. Ergo ex vtroq; ſenſu tam doloris q̄ delectationis, opinio quædam na-
turalis exoritur: omne ſuaue ac delectabile bonum: contraq; quod dolorem affe
rat malum eſſe atq; vitandū. Par atq; eadem habetur ſententia de indigētia quo
q;, & exſaturatione, blanditiis & obiurgationibus, cum ætatis fuerint auctioris:
proptereaq; cōfirmata eadē ętate in anticipata ſententia permanent: omne blan
dum bonum, etiam ſi ſit inutile: omne etiā laborioſum, etiam ſi commoditatē af-
ferat, malum exiſtimantes. Conſequenter diuitias ꝙ præſentiſſimū ſit in his in-
ſtrumētum voluptatis, eximie diligunt: gloriāq; pro honore amplexantur. Natu
Honor. ra quippe omnis homo laudis atq; honoris eſt appetens. Eſt enim honor virtu-
Vulgi er- tis teſtimonium. Sed prudentes quidem verſatiq; in ſciſcitatione ſapientiæ viri
ror. ſciunt quā & cuiuſmodi debeant excolere virtutē. Vulgus vero imperitū ꝑpter
ignorationē rerum, pro honore gloriā popularemq; exiſtimationem colunt pro
virtute vero vitam cōſectantur voluptatibus delibutā, poteſtatē faciendi quę ve
lint regiam quandā eſſe eminentiam exiſtimantes. Natura ſiquidē regium eſt
aial homo: & qa regnū ſemꝑ comitatᷣ poteſtas: poteſtati quoq; regnū obſequi ſu
ſpicatᷣ: cū regnū iuſta ſit tutela parentū. Simul quia beatū neceſſe eſt libenter vi-
uere: putāt etiā qui cū voluptate viuant beatos fore. Talis error eſt opinor, q ͂ex
rebus ortus hoīm aīos poſſidet. Ex diuulgatione autē ſuccedit errori ſupradi-
cto ex matrum & nutricū votis de diuitiis gloriaq; & cęteris falſo putatis bonis
inſuſurratio: terriculis etiā quibus tenera ętas vehementius cōmouetᷣ: necnon in

ſolitis, & omnibus huiuſmodi, perturbatio. Quinetiã corroboratarũ mentium
delinitrix poetica, & cętera ſcriptorũ & auctorũ opera magnifica, quãtã animis Poetica.
rudibus inuehũt iuxta voluptatẽ laborẽq; inclinationem fauoris? Quid pictores Pictores.
quoq; & fictores? nonne rapiunt animos ad ſuauitatẽ ab induſtria? Maxima vero
vitiorum excitatio eſt in corporis atq; humorum animi cõcretione. Quorũ abũ-
dantia vel indigẽtia ꝓpẽſiores ad libidinẽ aut iracundiã ſumus. His accedũt vi-
tę ipſius agẽdę, ſortiſq; diſcrimina, ęgritudo, ſeruitiũ, inopia rerũ neceſſariarum
Quibꝰ occupati a ſtudiis honeſtis ad cõſentanea vitę iſtitutę officia deducimur
atq; a cognitiõe veri boni reuocamur. Opus ergo futuris ſapiẽtibꝰ tã educatiõe
liberali p̄ceptiſq; ad honeſtatẽ ducẽtibus, q̄ eruditiõe a vulgo ſeparata: iubẽdaq;
eis & ſpectãda ſunt lecta oia quæ pertinẽt ad ſapiẽtiã. Ante oia diuino pręſidio
opus eſt ad p̄ceptionẽ bonorũ maximorũ. Quę cũ ſint ꝓpria diuinitatis, cũ hoi-
bus tñ cõicãtur. Corporis quoq; obſequiũ ſufficiẽs aię viribus eſſe debet ad to-
lerãdũ exercitii laborẽ. Oportet aũt ſufficere pręceptores bonos, ꝓpoſitumq; id Numen
quod ſortiti ſumus ſinguli numen. Quippe Socrati dicitur a pueris comes dę- peculiare
mon rerum agendarum præceptor fuiſſe, non vt hortaretur eum ad aliquem datum
actum: ſed vt prohiberet quę fieri non expediret. Propterea quoq; quę in homi- cuiq;.
nis poteſtate ſunt, ſi per imprudentiam agantur, cum agi ea ſit inutile: cladem af Socratis
ferant: qđ a Socrate arcebat beniuolum numen. Diuinatio vero neceſſitati qui- dęmon.
dem ſubiectarũ rerum, ambiguarum etiam, ſed quarum iam ſtatilis cõpletus ſit Diuiatio.
exitus, vera eſt, & cõplexibilis: ſi modo diuinatio dicenda eſt. Quippe quæ ſemel
acciderunt, infecta eſſe non poſſunt. Ambiguarum vero quarum exitus adhuc
pendent nondũ pręcedẽtibus meritis, ambigua eſt & obliqua: vt eſt illa Apolli-
nis. Perdet Crœſꝰ Halyn trãſgreſſus maxima regna. Iſtic eñ tria erãt, niſi fallor
ambigua. Vnũ, vtrũ Cyri & Perſarũ regnũ eſſet periturũ. Alterũ, an ipſiꝰ Crœſi
potius & Lydiũ. Tertium, vtrum conditionibus iuſtis bellum deponeretur. Hoc
quippe fieri poterat: & depoſitorũ bellorũ aliquot exẽpla p̄ceſſerant: ſed quia vo
luntas vtriuſq; aduerſabatur armorũ depoſitioni: cum & Cyrus fera quadã eſſet
natura & glorioſa: Crœſus vero confidens potentięq; pręcupidus: decretum qđ
ſequebatur ratum erat factum ex vtriuſq; propoſito pacem inter eos minime fu
turam. Supererat igitur ex reliquis alterutrum: idq; erat dubium: cuiuſnam re-
gnum extingueretur. proptereaq; dubia ſors: dubiiq; intellectus proceſſit oracu-
lum: vt quodcunq; accidiſſet id prędictum ab Apolline videretur. Sunt alię prę-
dictiones conſiliorum examini ſimiles. Quia cum ſit in noſtra poteſtate deligere
ex incertis alterum, ne in delectu peccetur ex ignoratione, ſuadet hominibꝰ quid
ſit optandũ propitia diuinitas: vt Argiuis per oraculum quęrentibus an aduer-
ſum Perſas bellum ſuſcipi cõueniret, reſpõſum eſt. Vicinis offenſa Deo chariſſi
ma plebes Armorum cohibe munimina, corporis omne Diſcrimen ſola ca-
pitis tutabitur vmbra. Sciebat enim quid eſſet eligendum, ꝙꝗ optio pe-
nes hoiem: id vero qđ ſequit̃ optionẽ penes fatũ. Hebręis quoq; cõſiliũ datũ eſt
a Deo cũ prędictiõe rerũ futurarũ in iſtũ modũ. Si p̄ceptis meis parebitis: bona
terrarũ oia penes vos erũt. Lac itaq; & melliflui fluctꝰ nõ deerũt. Si cõtẽpſeritis,
pœnarũ iminẽtiũ ſeriẽ, diuina vox ꝓſecuta ẽ. Quippe ꝙ eẽt dubiũ id qđ erat po
ſitũ in hois ptãte, parere vel cõtẽnere iuſſa cœleſtia. Qꝫ ſi optionẽ eorũ p̄cederet,
decretũ ineuitabile: neceſſarioq; cõtẽnẽdũ eẽt, abũdaret prędictio: abũdarẽt etiã

promiſſa & minę. Eſt igitur aliquid in hoīs poteſtate: nec ſunt homines ita vt a
contraſentientibus aſſerebatur, materię rerū earum quę aguntur: per quas agū
tur: ſed cauſa pręcedens, quā ſequitur id quod ex fato eſt.

Cōtra fata excuſantes.

Sed pter ſpem aiunt aliquāta ꝓuenire. Scimus: & horū oīm duplex genꝰ. Vnū
eorū q̄ ꝑraro accidūt: quę vel forte ꝓueniūt: vel caſu aliquo importanť: vt ex ho-
minibus portēta naſci. Alterū qđ freqn̄tiꝰ quidē ꝓuenit: ſed originē ſumit ex hu
mani iudicii deprauatiōe: cū vel a potētibꝰ iratis, vel ab inimicis rei iudicantur:
vt accidit Socrati: eiuſq; populi iudicio cū vir iuſtiſſimus cōdemnatus eſt Ariſti
des, vel cū ꝓphetę a cōſceleratis vnus mēbratim ſectus, alter obrutus ſaxis. Nun
quid etiā horū cauſa eſt penes fatum? Nec intelligūt diuerſas ſe cōtrariaſq; potē
tias, ideſt virtutē, & itē vitia ſimul, qđ fieri non poteſt, aſſignare decreto: cum hu
iuſmodi crimina fati propria eſſe dicunt. Conſtituant deniq; quid eſſe fatum ve
lint. Virtutem ne diuinā? ſed nō eſſet cauſa malorum. An vero animā malignam?
Sed demū a malitia nihil boni fieri poteſt: & fato dicuntur etiam bona proue-
nire. Dicēt fortaſſe mixtam quandā eſſe ſubſtantiā: At qui fieri pōt vt vnum &
idem quid malitia ſimul & bonitate ſit pręditū: intemperantiamq; & caſtitatem
creet: cęterāq; virtutū vitiorumq; importet cōtrarietatē? Quę porro erit de fato
exiſtimatio? ꝙ velit certe oīa eſſe bona: nec tn̄ poſſit. Erit igitur imbecillū quid-
dam & ſine viribus. An poteſt quidē nec tamen vult? Hęc vero iā fera eſt quędā
& immanis inuidia. An vero neq; vult neq; pōt? At hoc dicere de fato ꝑſertim fla
gitioſum. An & poteſt & vult? Erit ergo cauſa bonorum omniū, nec malorū au-
ctoritas ꝑtinebit ad fatum. Vnde ergo mala? Motu ſtellarū cauſarū. Sed ipſe mo
tus vnde? & vtrū volētibꝰ ſtellis motꝰ ipe talis ſit, vt ex eodē motu & mala ꝓue-
niāt & bona: an iuitis? Si volētibꝰ, aīalia ſunt ſtellę: & iuxta ꝓpoſitū mouētur. Si
inuitis: nullus eſt earū actꝰ. Certe aut oēs ſtellę diuinę ſunt & bonæ, nec quicq̄ fa
ciunt mali: aut quædā maleficę. Sed maleficas eſſe in illo ſancto & pleno bonita-
tis loco quatinus conuenit? Cūq; omnia ſidera plena ſint cœleſtis ſapientię, ma-
litiā porro ſciamus ex demētia naſci, quatenus cōuenit maleficas eſſe ſtellas dice-
re? Niſi forte, id quod fas non eſt, interdum eaſdē bonas: interdum malignas eē
exiſtimandū: proptereaq; promiſce beneficia & maleficia præbere. Sed hoc ab
ſurdum eſt putare, cœleſtē ſubſtantiā vna eademq; natura pręditam non in oībꝰ
ſtellis eandē eſſe: ſed plęraſq; tanq̄ a ꝓpria degenerare natura. Sed nimirū hoc in
uitę ſtellę patiunť: & quęnā erit illa tāra neceſſitas: quæ inuitas cogat delinque-
re? & hęc ipa vtrū diuina erit anima, an maligna? An vero ratio q̄dā eſt, vt aiunt,
qua omnia fiunt quę ad pręſens aguntur: quęq; futura erunt prouenient? Sed ni
mirū monſtri eſt ſimile dicere ratione fieri mala: quę multo verius dicentur nul-
la ratione. Iniquus eſt etiam vel libidinoſus. Series vero illa cauſarum ineuitabilis
vnde accipiet exordium: niſi prius merita noſtra in quācunq; partem locentur.
Illud vero quis ferre poſſit: ꝙ pręter cętera quę inreligioſe dicuntur atq; exiſti-
mantur: prouidentia quoq; Dei tollitur hac eorum aſſertione: ſimulq; omnis di-
uinitas exterminať? Quid eñ faciet Deus ſi omnia ſcđm hāc verſutorū hominū
affirmationem fient, atq; impulſu rapido ferentur pro neceſſitatis inſtinctu? Fa-
cit tn̄ hęc vana pręſumptio faciliorē cauſam nocētibꝰ, quibꝰ licebit nō animi ſui
peruerſitatē cōdēnare: ſed de fatali violentia cōqueri: facit bonorū vota iuxta lau
dabilē vitā & impetus prudētię pigriores. Quare miſſum faciendum eſt genus

hominum ex verſutia & vanitate concretum: qui vt ipſi putant, aduerſo fato na
ti ſunt: quibus hæc & talia opinari fato prouenerit. Nos vero diuinam legem ſe-
quentes repetemus ab exordio digeſto ordine quę de fato Plato veritatis ipſius
(vt mihi quidem videtur) inſtinctu locutus eſt.

Principio cuncta quę ſunt, & ipſum mundũ cõtineri regiq; principaliter quidẽ Deus &
a ſummo Deo: qui eſt ſummũ bonum, vltra omnẽ ſubſtantiã omnẽq; naturã exi eiꝰ maie-
ſtimatione intellectuq; melior: quem cuncta expetunt: cũ ipſe ſit plenę perfectio- ſtas ac re
nis: & nullius ſocietatis indigus: de quo plura dici nunc, exorbitare eſt. Deinde a gimen.
Prouidentia, quæ eſt poſt illum ſummum ſecundæ eminentiæ, quã νοῦν gręci vo- Prouiden
cant. Eſt autem intelligibilis eſſentia ęmulę bonitatis propter indefeſſam ad ſum tia
mum Deum conuerſionem. Eſtq; ei ex illo bonitatis hauſtus: quo tã ipa ornatur:
q̃ cętera quę ipſo auctore honeſtantur. Hanc igitur Dei voluntatem, tãq; ſapien
tem tutelam rerum omniũ, prouidentiã homines vocant, nõ vt plęriq; exiſtimãt
ideo dictã, quia pręcurrit in vidẽdo atq; intelligẽdo ꝓuentus futuros: ſed quia ꝓ- Vnde ſit
prium eſt diuinę mentis intelligere: qui eſt ꝓprius mentis actus: & eſt mens Dei dicta.
ęterna. Eſt igit̃ mens Dei de intelligendo ęternus actus. Sequit̃ hanc ꝓuidentiã Fatum.
Fatum: lex diuina promulgata intelligentię ſapienti modulamine ad rerũ oĩm gu Aĩa mũdi
bernationem. Obſequitur huic ea quę Secunda mens dicitur, ideſt anima mũdi Mẽs ſcd̃a
tripertita: vt ſupra cõpręhenſum eſt: vt ſi quis periti legum latoris animam legẽ
vocet. Iuxta hanc legem, ideſt fatum omnia reguntur ſecundum propriam quęq;
naturam: beata quidem neceſſitate incommutabiliq; conſtantia cuncta cœleſtia,
quippe quę ſint prouidentię vicina atq; contigua. Frequenter vero accidentia na
turalia: ꝓpterea quia oriunt̃ & occidũt oĩa quæ naturę lege ꝓueniunt. Simul q̃a Ars &
imitantur naturã ars & diſciplina: etiã hęc quę artibus efficiuntur ſunt frequen diſciplina
tia prouentuſq; crebri. Quę vero reguntur hac lege, ratione, ordine, ac ſine vi re-
guntur. Nihil enim rationę & ordine carens non violentum. Quod vero tale eſt:
non diu perſeuerat: vtpote qđ contra naturam ſuam diſtrahatur. Sequunt̃ ergo
Deum propriũ ſingula: & vt ait Plato, regẽ imperatorẽq; cœli principẽ agminis
et ducẽ ſublimem volucri curru diſpenſantẽ oĩa & moderantẽ, legiones cœleſtiũ Legiones
angelicarũ poteſtatũ in vndecim partes diſtributę. Solã ſiquidẽ Veſtam manere angelorũ
ait in ſua ſede. Veſtam ſcilicet animam corporis vniuerſi: mentẽq; animæ eiꝰ mo Veſta.
derantem cœli ſtellantis habenas iuxta legem a prouidẽtia †ſanctã. Quã legẽ ſæ- †ſancitã
pe diximus eſſe fatum, ſerie quadã cõſequẽtiarũ atq; ordinũ ſancientẽ. Volucris
vero currus imperatoris Dei aplanes intelligẽda eſt: quia & prima eſt ordine, & aplanes
agilior cęteris oĩbꝰ motibꝰ, ſicut oſtẽſum eſt. Vndeci vero ꝑtes exercitꝰ dinume
rat hactenꝰ. Primã aplanẽ: deinde ſeptẽ planetũ: nonã ętheris ſedẽ, quã incolunt
ętherei dęmones: decimã aereã, vndecimã humectę ſubſtãtię: duodecimã terram
quę immobilis ex cõuerſione mundi manet. Verũ hoc fortaſſis extra propoſitũ
q̃uis inſtituto ſermoni concinat: q̃ fatum ſine vi ac ſine vlla neceſſitate inextri- Fatum
cabili, modo ſalubri atq; ordine adminiſtretur. Ex harũ ordine rerũ demanãt illa:
quę rari exẽpli ſunt: quorũ parti fortuna poteſtatẽ habet: partim iprouiſa & ſua
ſpõte ꝓueniũt: quibꝰ oĩbus Caſus dicit̃ imperare. Quę fatalia quidẽ ſunt: cõtinẽ Caſus
tur enim edictis fatalibus: nec tamen ſunt neceſſitate violentia: perinde vt quæ
a nobis fiunt. Continentur quippe legibus noſtris: nec tamen ſcd̃m leges pro-
ueniunt quibus vtimur. Vtputa iubet lex interfici patrię proditorẽ. Quid ergo?

Quia proditoré vocat eú cui pœná ſtatuit:neceſſe eſt vt lex faciat ꝓditoré? Nó opinor.Ná ꝓditor quidé ſua mala mente quin potius amentia prorumpit ad facinus:punitur vero iuxta legem.Rurſumq; lex eſt:vt qui fortiter † bellauerit, præmio afficiatur.Hæc lex iubet,non tamen victorem aut victoriam lex facit:& tamen lex pmiú dat. Proptereaq; lex generaliter iubet oibus quę facíéda ſint: ꝓhibetq; omnes ab incóuenientibus.Sed nó oés obtemperant:nec oés faciunt quæ iubentur.Quæ res oſtédit optioné quidé eſſe in hominibus:nec eandé in oibus. Ea vero quę ſequuntur,ideſt legitima,ideſt animaduerſiones vel pręmia, ex lege ſancta. Talis eſt opinor etiam lex illa cœleſtis quæ fatum vocatur, ſciſcens hoib9 honeſta,prohibens contraria.Sequi porro noſtrú eſt,& a fati iugo liberú. Laudare vero agenté bene,tam iuxta legem,ꝗ iuxta cóe iudicium.Similiter ergo etiam cótraria,métiri quidé & peſſime agere vitam cótinetur edicto:& eſt in hominis arbitrio vt pręcedens. Male porro vitam diſponere proprium eſt hominis, proptereaq; puniri plane eſt ex neceſſitate fatali:vtpote quod legem ſequatur.

† pugnauerit

Hæc porro oía ſedé habent in animis hominú: quę anima libera eſt:& agit ex arbitrio ſuo.Optima porro pars animę ea é quá deſcripſit Plato duplicé habere virtuté:vná in cópręhéſióe diuinarú rerú,quę ſapientia eſt:alterá in † diſputatióe mortaliú rerum:quę prudentia noiatur. Q͞z ſiquis ad humores corporis naturalemq; illam concretionem reſpiciens,plęroſq; intemperantes,alios porro moderatos hoies eſſe nó ſine fato putat:& intéperátes ꝗdé ex humorú intéperie laborare,moderatos auté ex felicitate cócretióis leuari:eaq; oía decreto fieri putat:vera ſentit quidé.Eſt eñ natura tributum:vt imbecilla hoim natio:vel laboret improſpera concretione:vel adiuuetur moderata in † prouétu honeſtatis.Ideoq; aduerſum huiuſmodi vitia rationis conſiliiq; ſalubritas oppoſita eſt prouidentiæ lege. Siquidem auaritia, libido,crudelitas,cętereq; huiuſmodi peſtes nihil in pueritia grande deſignent:ſed ſint confirmata iam ętate noxia:túc opinor,cum etiam ſalubritas conſilii cófirmat͛.Cui auxiliatur decus ſtudiorú honeſtiorum:prodeſt beniuolorum repręhenſio:medetur animaduerſio.Contraq; aduerſis rebus obtunditur prauitas mentis atq; inſoleſcit.Ideoq; ob conſortium corporis eſt inter homines beſtiaſq; & cętera vita carentia ſocietas cómunioq; corporeorú prouétuú Siquidem naſci,nutriri,creſcere,cómune eſt hominibus cum cæteris.Sentire vero & appetere cómune demum hominibus & mutis tñ ac ratione carentibus animalibus.Cupiditas vero atq; iracundia:vel agreſtiú vel manſuetorú. appetit9 irrationabilis eſt.Hominis vero cui9 eſt ꝓpriú rationi menté applicare,rationabilis.Ratiocinádi tamé atq; intelligendi,ſciendiq; verú appetitus ꝓprius eſt hominis:qui a cupiditate atq; iracúdia plurimú diſtat.Illa quippe etiá in mutis aialibus,& multo quidé acriora cernuntur.Rationis auté perfectio & intellectus ꝓpria Dei & hominis tantum. Atq; inter ipſos hoies non perque.Compugnant quippe in hominum cómotionibus inuicé cupiditas, iracundiaq;, & item ratio: obtinétq; aduerſum ſe viciſſim.Ratio,vt apud Homerú,cú Laertius iuuenis Pectore pulſato mentem caſtigat acerbe.

† diſpoſitione

† portétu

Quin toleras mea mens? etenim grauiora tuliſti.

Quippe in illius animo ratio tunc iracundiam ſubiugabat. Apud Euripidem contra in Medeæ mente ſæua iracundia, rationis lumen extinxerat. Id enim nec me latet nunc ꝗ cruenta cogitem: ſed vincit ira ſanitatem pectoris,

Vſq;adeo ſalubri conſilio viam clauſerat immoderatus calor pellicatus. Ergo in
animo continentis viri ſemper plus conſilium poteſt: intemperantis imbecillitas
aduerſum rationem vitioſis animi partibus ſuffragatur. Sæpe etiā hęc ipſa vitia
ſe inuicem impugnant: vt in adoleſcēte Terētiano, qui aduerſum acerrimas amo Phędria
ris flāmas reſiſtens: honeſta iracundia nititur: cū negat iturū ſe ad cōſpectū ami- Terentia
cę vltro arceſſentis: vt excluſum indigne reuocet lenocinio blāditiiſq; meretriciis nus.
Ergo hęc de quibus intra arcana pectoris diſceptamus: quęq; vtrum facienda
nec ne ſint deliberamus: & poſtremum tanq̄ lata ſententia decernimus, quati-
nus non ſunt propria noſtra, niſi forte ideo, quia commoti vel deprauati libidine
diſceptatores idonei non ſumus: cum æquum iudicium carere tanq̄ gratiæ miſe
ricordiæq; anticipationibus debeat.

Sed prędictio inquiunt futurorum iandudum diſpoſita atq; ordinata eſſe te- Fati vis
ſtātur. Hæc porro diſpoſitio atq; ordinatio fatum vocatur. Immo hęc ipſa prędi
ctio fatalē neceſſitatē dominari negat vſq;quaq;. Siquidē prędictio rationabilis
ſit exiſtimatio ſortis futurę, quæ nō in rebus certis et neceſſitate cōſtrictis: ſed
incertis atq; ambiguis pręualet. Quis enim pręſagum conſulat de recens nato,
vtrum mortalis an immortalis ſit futurus? Sed illud potius quod eſt dubium
quæri ſolet, q̄ prolixa vitæ ſpatia ſortitus eſſe videatur: & vtrum diues, an pau
per, elataq; an plebeia ſit atq; humili fortuna futurus. Quæ cuncta obſeruatione,
ſcientia, artificioſa quoq; ſolertia colliguntur. Aut enim alitum volatu, aut extis, Diuina-
aut oraculis homines pręmonentur: prædicente aliquo ꝓpitio dęmone, qui ſit tionis ſpe
eorū omnium quę deinceps ſequuntur, ſcius: perinde vt ſi medicus iuxta diſcipli cies.
nam medendi prędicat vel exitium vel ſanitatem. aut etiam gubernator cœli cō
ditionū non ignarus, ex aliqua nubecula pręnunciet tempeſtatem futuram. Quę
cuncta non fato: ſed artificioſis rationibus: vſuq; & experientia comprehendun-
tur. Aeque cum ex motu ſiderum prędictio habetur, ſigna obſeruari ſolent. Or-
tuſq; & obitus ſtellarum & conformationes ad rationem redactę, iuxta quā ferti
litas ſterilitaſq; prouenit. Omniſq; huiuſmodi ratio nihil eſt aliud q̄ cōiectura re-
rum earum quæ vel ad corpus pertinent, vel ad ea quæ corporis propria ſunt:
vel ad animam ſatis corpori ſeruientem. Vnde opinor Platonem animarū quidē
ædificationi Deū opificē pręfuiſſe dicere: eorum vero quę animis ſubtexuntur
aliis diuinis poteſtatibus inferioribus munus atq; officium eſſe mandatum: ita
vt purę quidem animę ſynceręq; et vigentes florenteſq; rationibus, a deo factæ Caue ve-
ſint: vitioſarum vero partium ei9 auctores habeantur hę poteſtates quibus ab rū putes.
opifice Deo talis cura mandata ſit. Vitioſę porro partes animi quę ſubtexuntur
ira eſt & cupiditas, ſatis idonea vitę agendę inſtrumēta. Multa quippe ſunt quæ
per virilem animi cōmotionem recte in hac vita fiunt & vindicantur: quoties iu-
ſta iracundia comitem ſe & auxiliatricem rationi prębet. Multa etiam ex cupidi
tate honeſta vel mediocri præter libidinum ſordes. Sicut igitur puræ mundi ani
mę regnum in perpetua mundi agitatione permiſſum eſt: ita iis animis quę ho
mines inſpirant: opus fuit ratione iracundia & cupiditatibus interpolata: vt
cum quidem ſe ad rationem totum animal conuertiſſet: curaret, intueretur etiā
cœleſtia: cum vero ad terrena deſpiceret: deſpectus ęque non eſſet otioſus: ſed ex
eadē inclinatione cura rerum terreſtrium naſceretur.

Vt igitur breui multa cōplectar, iſtius rei diſpoſitio talis mente concipienda eſt

Deus origo oim. Legiſlator. Mēs ſcđa Deus triplex. Lex Prouidentia Fatum †collectionem †collocationem †Veracibus ſiſes. Leges & iura fatalia.

Originem quidem rerum ex qua cæteris oibus quæ ſunt ſubſtantia ei⁹ miniſtratur, eſſe ſummū & ineffabilē Deū: poſt quē ꝓuidentiā ei⁹ Secūdū Deū latorē legis vtriuſqꝫ vitæ tam æternæ q̄ temporarię. Tertiam eſſe porro ſubſtantiā quæ ſecunda mens intellectuſqꝫ dicitur, quaſi quædam cuſtos legis ęternę. His ſubiectas eſſe ratiōabiles animas legi obſequētes: miniſtras vero poteſtates. Naturā, Fortunā, Caſum: & Dęmones inſpectatores ſpeculatoreſqꝫ meritorum. Ergo ſummus Deus iubet: ſecundus ordinat: tertius intimat. Animæ vero legē agunt. Lex porro ipſum fatum eſt vt ſępe diximus. Cui legi qui pareat ſequaturqꝫ principis Dei veneranda veſtigia, beatā ſemper vitam agit: iuxta legis perpetuę ſanctionē quod eſt iuxta fatum. At vero quæ Dei comitatum animæ neglexerint: rurſum & ipſę alio quodam contrarioqꝫ genere ſcđm fatum vitam exigunt: donec pœniteat eas delictorum ſuorum: expiatiſqꝫ criminibus deinceps ad immortalis Dei & æternarū diuinarūqꝫ poteſtatum choros reuertantur: & ille legis rigor ex deteriore fortuna tranſitum fieri ſinat ad beatam. Quod fieri certe non poſſet, ſi oia conſtricta eſſent vniformi quadā & rigida atqꝫ irreuocabili neceſſitate. Ex quo apparet ꝓuidentiā quidē oia intra ſe circūplexam: tenere quippe omnia quę ſecūdum eandem recte adminiſtrantur. At vero fatum prouidentię ſcitum eſt. Continet autem ea quę ſunt in noſtra poteſtate, vt pręcedentia: continet etiam meritorū † collationem. Sequuntur animaduerſio & approbatio, quæ ſunt fatalia: eaqꝫ omnia quæ caſu fortunave fiunt. Quid igitur ſibi voluit tractatus huius tam larga prolixitas? Quia multi nulla cura veri ſciendi: ſed potius veris ratiōibus renitendi, & ipſi falluntur: & cæteros in erroris ineluctabilis implicant lubrico: quippe qui ad vnam aliquam partem mundanæ adminiſtrationis reſpicientes, tanq̄ de ſolida atqꝫ vniuerſa diſpenſatione pronuncient: quodqꝫ in vna parte inuenerint, id eſſe in omnibus quoqꝫ mundi partibus aſſeuerant: proptereaqꝫ cum aliquid verum dicunt, † veriſimiles habentur, q̄uis compugnantia inuicem dicant. Cum autem de parte ſentientes perinde habent tanq̄ de ſolido vniuerſoqꝫ ſentiant: redarguuntur inuicem. Nanqꝫ fato quædam agi verum eſt: & ꝙ quædam in noſtra poteſtate ſint: hoc quoqꝫ verum eſſe mōſtratum eſt. Quare qui omnia fato fieri dicunt, merito repręhenduntur ab iis qui probant eſſe aliquid in noſtra poteſtate. Demum qui omnia in noſtra poteſtate conſtituunt: nec quicq̄ fato relinquunt, falli deteguntur. Quis enim ignoret eſſe aliquid in fato: & extra noſtrum ius? Sola igitur vera illa ratio eſt fixaqꝫ, & ſtabilis ſententia, quæ docet quædam fato fieri, alia porro ex hominum arbitrio & volūtate proficiſci. Deinde ſubnectit leges ipſas & iura fatalia.

Principalem quidem legem qua cunctis animis ob vniformem naturā ad virtutis vindicationem æquabilis fato tribuit̄ facultas ſine cuiuſq̄ præclaratione. Addit ſecundā legē, qua ſanctū eſt omnes animas quæ comitatę diuinum agmē ſpectauerint æternarum vereqꝫ exiſtētium rerū naturā, formam hominis induere ad tuenda terrena. Pię nationis animal hominem ſignificans: ideo ꝙ in mutis aīalibus nulla ſit cognitio de Deo. Porro ex iis quę rōne inſtructa ſunt: pręſtantiſſimū quidē animal id eſſe: quod cæteris cœleſtibus animalibus ſubſtantiā ex ſe largiatur: colat autem aliud multo p̄ſtantius in quo ſit origo rerū. Sequi vero quaſi per ordinem quendā inferioris eminentiæ poteſtates: quę ſingulę potiora quęqꝫ venerent̄ numina. Quia igitur vltimus eſt homo ex his quę ratione vtunt̄

animalibus,cunctaq; meliora & elatiora veneratur,iure præcipua religione prędi-
tum eſſe dixit.Cumq; ſit duplex natura hominis,altera melior,altera inferior,lege
opus fuit tertia,quæ mera diſtingueret. Eſt porro melior ſexus virilis:muliebris Sexuũ rõ.
inferior,nõ quo ſit aliqua in animis differentia:vna eſt quippe natura:ſed diuerſi-
tas tamen in ſexu eſſe debuit:caduca mortalitate,partus ſubſtitutioneſq; deſide-
rante.Deniq; cum vna eademq; virtus ſit maris & fœminæ:corporum tamen ip-
ſorum diuerſæ vires ſunt:cum eorum alterum calidius denſiuſq;,alterum ſit frigi-
dius & rarius.Sequitur alia lex,quam deſignat his verbis.Cũq; neceſſitate decre-
ti corporibus inſerentur:corporeaq; ſupellex varie mutabitur quibuſdã labenti-
bus,& aliis inuicem ſuccedentibus membris.Neceſſitatem nunc vocat vſum in- Neceſſi-
excuſabilem,munuſq; incorporationis:neq; enim aliter poterant regi terrena ra- tas.
tionabili anima regente,niſi corporis adhibita coniunctione.

Corpus eni terrenũ hoc nõ diu cõſtat:ſed torrentis more præcipitis & ipſum Corporis
effluit,& ab effluẽtibus inundat.Sunt quippe in eo multi meatus:multaq; item fragilitas
emiſſacula tam in promptu & viſibilia,q̄ latentia & cæca,per quæ fertur humor & educa-
atq; ſpiritus:alięq; ſupfluę reliquię cibi & potus:qbus egreſſus cõſeruationis ani- tio.
maliũ cauſa natura cõmenta eſt:& aduerſum detrimenta egeſtionis pro cõpeten-
ti modo vicem reparat ex humido & ſicco cibatu:atq; extrinſecus circũfuſi aeris
reſpiratione.Meatus igitur ingredientibus omnibus pro modo,proq; magnitu-
dine eorum natura fabricata eſt.Idq; ipſum eſt quod dicit idem Plato:Quibuſdã
latentibus & aliis inuicem ſuccedentibus membris.Hęc ergo lex illud effecit an-
te omnia,ſenſum ex violentis paſſionibus excitari.Merito.Vita quippe ſine ſenſu
eſſe non poteſt.Siquidem inter ea quæ viuunt,& quæ vita carent,hæc ſit opinor
differentia:vt ſentiant hæc:illa ſine ſenſu ſint:naſcentiaq; ſimul cum vita ſenſum
auſpicẽtur:& in diiugio corporis atq; animæ ſentire deſinant. Certe ſiue paſſio, Diiugiũ
ſiue potentia,ſiue aliquis affectus eſt,ſenſus hic animantis eſt proprius ex corpo- aię & cor
ris animæq; copulatione conflatus. Ex violentis vero paſſionibus recte.nam ea poris.
dem ac ſimili facilitate anima contemplatur.Cõtemplatio quippe facilis intentio Sẽſus vũ.
eſt.Senſus vero naſcitur ex conſortio corporis atq; animæ paſſionũ:& ſunt mul-
tæ corporis pulſationes eiuſmodi:vt neq; contingant animam & ſenſum,latenter
q; vaneſcant:qualis eſt lapſus in videndo,vel audiendo.Quidam tamẽ pulſus cor-
poris violentiores ſunt:qui ad animam vſq; permanant.

Eſt ergo ſenſus paſſio corporis quibuſdam extrapoſitis & pulſantibus varie Sẽſus qd
eadem paſſione vſq; ad animæ ſedem cõmeante.Quę paſſio cum eſt †lenis,molli- †Leuis.
terq; palpando potiusq̄ pulſando corpus mouet:conſentit anima corporis titilla-
tioni.Atq; hoc genus ſenſus voluptas cognominatur.Porro ſi erit aſperitate qua-
dam prædita paſſio,doloris nomẽ accipiet.Vt ſit perſpicuum voluptatem ac do-
lorem ſpecies eſſe ſenſus:ſenſum vero ipſum genus.Omnis porro talis cupiditas
mixta eſt cum voluptatis & doloris affectu.Conſequenterq; amor huiuſmodi re-
rum inter dolorem voluptatemq; poſitus inuenitur.Spes quippe fruẽdi volupta- Spes.
tem creat:dilatio triſtitiam ac dolorẽ.Quare ſequitur ſentiendi legem lex amãdi.
Amor porro conſeruationi corporis plurimum confert.Idemq; eſt auctor ſucceſ- Amor.
ſionum.Idem hoc in ira quoq; reperitur quoties ſine ratione ac ſine modo com- Ira.
mouemur agreſti quodam ardore mentis.Aduerſum quem inſtruitur anima cau- Cautio
tionis ſalubritate. Quæ nimia facta,trãſit ad formidinis vitium.Itaq; cum animi nimia.

vigor,q factus immoderatior ꝓgreſſus eſt ad iracūdię limitē:& itē cautio ſit animę data ob tutelā corporis:immoderate creſcētia ꝑturbāt animū potiuſq̄ regūt.

Cæteraſq; inquit pediſſequas earum perturbationes diuerſo affectu pro natura ſua permouētes.quoaduſq; congruas immaniū ferarū induant formas.Pediſſe-

Vitia innata.

quas quidem cupiditati dolorîq; cognatas & conſentaneas paſſiones ęmulationē dicit,inuidiam,obtrectationē,& cætera huiuſmodi.Voluptati vero,in alienis malis gaudium,iactantiam,gloriæ vanitatem.Metui porro fugam,formidinem.Iracundiæ nihilominus ſæuitiā,feritatē,calorem,quęq; his ſunt proxima.Diuerſo inquit affectu pro natura ſua permouentes,ea videlicet quæ ſunt hiſipſis contraria virtutum ornamenta,quę virtutibus fiunt.Quę quidem vitia ſi fręnarēt, inquit,

Aię i optādo liberæ

iuſtam eis lenemq; vitam fore.Aperte,& ita vt dubitare nequeamus,ſui iuris eſſe animas docet in delectu atq; optione.Horum omnium pręmia etiā conſtituit. Victricibus vitiorum animis reditum ad cœleſtem ſedem,perpetuamq; immunitatem . Quæ vero ſe libidine commaculauerint,in munere vitæ ſecundæ aſperiorem congruamq; moribus & inſtituto vitam futuram.Siquidem ex virili ſexu tranſeant in fœminæ formam:non ꝙ ipſa anima ſexum mutet:ſed deterius cor-

†formam.

pus accipiat.Quę vitam meliorem temperantēq; delegerit,ad meliorem†fortunā reuocabitur.Porro ſi deterior facta erit,deteriuſq; viuet propter nimiam corporis amplexationem:vitæ deſtinabitur infeliciori quoaduſq; ad feræ naturę perueniat immanitatem.Empedocles tamen Pythagoram ſecutus ait eas nō naturam modo agreſtem & feram ſortiri:ſed etiam formas varias,cum ita dicit.

Nanq; ego iandudum vixi puer,& ſolida arbos,
Et tali ſexu inde animal,tum lactea virgo.

Non iuxta ſexus ſylueſtrem conuerſionem:ſed in diuerſorum animantiū: vt ipſe aliis teſtatur verſibus:quibus abſtineri oportere cenſet animalibus.

Mutatos ſobolis mactat pater impius artus
Dis epulum libans ſæua prece territa mente,
Hoſtia luctifica funeſtatur dape menſa.
Natus item vt pecudes cædit matremq; patremq;
Nec ſentit charos mandens ſub dentibus artus.

Item alio loco.

Comprimite o gentes homicidia:nonne videtis
Mandere vos proprios artus,ac viſcera veſtra?

Hoim in feras trāſformatio.

Sed Plato non putat rationabilem animam vultum atq; os ratione carentis animalis induere:ſed ad vitiorum reliquias accedente corpore incorporationem auctis animæ vitiis efferari ex inſtituto vitæ prioris:& iracundum quidem hominē eundemq; fortem prouehi vſq; ad feritatem leonis:ferum vero & eundem rapacem,ad proximā luporū naturæ ſimilitudinē peruenire:cæterorū item.Sed cū ſit reditus animis ad fortunam priorem : hoc vero fieri nō poteſt,niſi prius reditus factus erit purus ac clemens:& homine dignū inſtitutum:rationabilis porro cōſilii correctio,quæ pœnitudo eſt,non proueniat in iis quæ ſine ratione viuunt:

Pœnitudo.

Anima quondam hominis nequaq̄ tranſit ad beſtias iuxta Platonem.Deinde ait. Pauſamq; malorum nō prius fore q̄ conſecuta eas ſimilis eadēq; ſemper volucris illa mundi circumactio cuncta earum vitia ex igni & aqua terraq; & aere contracta omnemq; illuuiem deterſerit : inconſultis & immoderatis erroribus,ad modum rationis temperiemq; redactis.

Eandem ſemper circumactionem motus intelligentis animæ ſignificans : ſimilem
vero eius cũ deliberat vt intelligat. Hæ quippe virtutes ſunt animæ rationabilis.
Inconſultos porro & immoderatos errores animę dicit eſſe, qui ex igni terraq; &
cæteris corporeis elementis oboriuntur. Aduerſum quos obnitens anima reuer-
tetur ad antiquam diuinitatem ſuam, & habebit naturam bonis meritis compe-
tentem. Has leges ait a magno opifice Deo animis eſſe intimatas: cauſamq; inti-
mationis oſtendit: nequa penes ſe deinceps ex reticentia noxæ reſideret auctori-
tas: volens oſtendere malitiam non ex decreto ac voluntate Dei prouenire homi-
nibus: ſed ipſorum vel imprudentia, vel deprauatione. Deinde poſt expoſitionem
legum †fatalium ſementem facit animarum noſtrarum Deus, partim in terra, par- †ſtatilium
tim in luna: quæ inſtrumenta temporis eſſe dicit: Iuxta Pythagoram quidẽ, ꝙ ita
vt in terra, ſic etiam in lunari globo conſiſtant homines: & etiam in cæteris erran- Hoïes in
tibus ſtellis: iuxta ſe vero ꝙ in aliis libris idem aſſerat alterna vice fungi mune- Luna.
re animas, quibus rerum terrenarum tutela mandatur: ita vt quę iam fungentur
munere primæ, ferantur in terra : quæ poſt has, in lunari globo: ac deinceps alios
globos cõſequenter. Deinde iubet factis a ſe diis, ideſt ſtellis, fingere humana cor-
pora animarum competentium receptacula, iiſdemq; adhibere cuncta adminicu-
la vitalis ſubſtantiæ. Principio appetitum qui diuiditur in iracundiam & cupidi- Appetit9
tatẽ, ſine quibus corpus mortalis animantis neq; eſſe, neq; vero adminiſtrari põt. diuiſio.
Deinde artes quę victũ neceſſariũ largiunt̃, cæteraq; oĩa iuxta vires, vt q̃ optime
mortalis natura regat̃. Iuxta vires videlicet non efficiẽtiũ, ſed eorũ q̃ efficiebant̃:
propterea ꝙ hoĩes tã ad bonitatẽ q̃ ad malitiã inclinatiões habẽt. Ex quo fit vt ſę-
pe ipſi ſint ſibi auctores malorũ. Talis ergo fuit ordinatio ſummi opificis Dei: vt
qđ erat in corpore mortali minime mortale: ſed diuinũ potius & ſempiternũ: ipſe
conſtrueret. Porro quæ diſſolubilia vnq̃ eſſent futura, minoribus afficienda man-
daret. Deniq; completa diſpoſitione in ſuo, inquit, affectu manebat. Quid eſt? Ni-
mirum vt prouidentia ſua cunctis tam ex æternitate q̃ natis generatiſq; conſu-
leret: diuinis quidem & æternis immortalitatem propagans: tẽporariis vero per-
ennitatem non iugem & integram: ſed ex ſucceſſione. ¶ Deinde docet ipſam hu-
mani corporis ædificationem, ſentiendiq; cauſam, & cętera quę ſenſum ſequunt̃.
Ex mundi, inquit, materiis igne, terraq;, & aqua cum ſpiritu, fœnus elementarium
mutuati, quod redderetur cum opus foret, & cætera. Corpora noſtra ex quatuor Corpora
materiis eſſe compoſita in promptu eſt. Eſt eni quiddã contiguũ in iis quod †ta- ex quatu-
ctum reſiſtit, idq; ſine terrena ſoliditate non eſt. Eſt etiam calidum aliud idemq; or mate-
viſibile: porro quæ talia ſunt ſine igni eſſe non poſſunt. Eſt præterea plenum ſpi- riis.
ritus: vt ſunt hæ venæ quæ arteriæ nuncupantur. Eſt etiam humor: vt ſanguis, & †tactu.
cætera quæ manant ex corpore. Sed neq; humor ſine aqua, neq; ſpiritus ſine aere
conſiſtet vnq̃. Eſt igitur in corporibus noſtris aquæ portio, & item aeris, nechon
ignis, & terræ. Vnde opinor hominem mũdum breuem a veteribus appellatum, Hõ mun-
nec immerito. Quia totus mundus, & item homo totus ex iiſdem ſunt omnibus, d9 breuis
corpore quidem eaſdem materias habente, animam quoq; vnius eiuſdemq; natu-
ræ. Inuiſibiles porro coniunctiones Gomphos appellat: vel minorũ corpuſculorũ Gomphi.
coaceruationem, vt Diodorus: vel eorũdem ſimilium inter ſe cõglobationem for-
mabilem, vt Anaxagoras: vel ſupradictorum multiformem implicationem, vt De-
mocritus, & Leucippus: vel interdum concretionem, interdum diſcretionem : vt

Empedocles: concretionẽ quidem amicitiam: diſcretionem porro & ſeparationẽ inimicitiam vocans. Vel vt Stoici, corporum diuerſorum vſquequaq; concretionem. Quorum omnium quendam nodum, concatenationemq; dicit eſſe in minutis ſolidiſq; corpuſculis, quæ γόμφους cognominat. Tali igitur humani corporis exædificatione æternæ animæ duos circuitus addidiſſe dicit Deũ. Qui circuitus animæ opera ſunt: quorum alter intelligentia eſt: alter opinio. Porro omne qđ operať, fit neceſſe eſt. Subſtãtia ergo animę minime eſt otioſa. Vndiq; igitur corpus humanum duabus immortalis animæ circũactionibus obligatum, totũ atq; ex omnibus regionibus vitali ſuſtentatur vigore. Irriguum porro fluidumq; corpus vocat: ob prædictas egeſtionis & exſaturatiõis vices. Circuitus porro inquit vt torrenti rapido defluoq; obligati. Torrentem vocat ſyluam corpoream: propterea q; defluere non deſinat, neq; vnq̃ maneat in certa & in ſtabili cõſtãtia: nec teneatur. Animas ait corpora non tenuiſſe: nec vero ipſas a corporibus potuiſſe cohiberi. Quare animæ corpora non regebantſquia nutu ſuo & velut refrenatio ni pro arbitrio corpora tunc non obſequebantur. Animę porro a corporibus demum non tenebantur, quippe cum ipſa corpora ambitu animæ circũtenerentur, & ſine cõplexu eius mox diſſiparentur. Sed vi ferebant, inquit, & inuicem ferebãtur. Ferebantur quidẽ ad vitia cogente indigentia corporis. Ferebant vero eadẽ corpora vitam ſalutemq; iiſdem procurando, quod eſt proprium munus animarum. Hoc autem vtrũq; non eſt ſine violentia: quoniam nec animę voluntate propria in vitia recidebant: nec corporibus placebat naturales indigẽtias ferre ac ſuſtinere patienter, vtpote quæ naturæ ſuæ diſſolutionem diſſipationemq; ferrent. Contingebat ergo vt totum animal moueretur, pręcipiti tamen & inordinata iactatione. Præclare. Neq; enim quod mouet ſine eo qđ mouetur motũ poteſt edere: neq; demum quod mouetur ſine mouẽte: ſed vtriuſq; opus eſt præſentia. Et eſt opinor, quod quidem mouet, anima: quod vero mouetur, corpus: ex quibus & animalia conſtant: & motus eorum. Et prorſus hæc omnia ſpectant eo vt cõcipiatur animæ vitæ puerilis amentia: quoq; modo ſenſus excitetur omnibus animalibus ſecundum naturam eorum. Sex illi motus familiares ſunt. Eſt quippe in his ignis: cuius natura ſumma & alta ſemper capeſſit. Eſt etiam terræ aliquantum: quę mediam mundi ſedem obtinet: eſt aereum quiddam & humectum: quæ duo huc atq; illuc late & prorſus ad omnia natura ſua feruntur. Quorum motuum compos eſt animal. Mobilior porro anima puerilis & inquieta, maxime quidem ob irrationabilem mentis imbecillitatem, nondum ratione firmata. Deinde ob nimium calorem humoremq; in illa ætate abundantem, ſicut ipſe ait in Legibus, pueros nimio ignis luctari calore: propterea q; inordinate ſine iudicio improbeq; omnino motus in pueris naturales celebrari. Vnde ait, Immẽſo quippe gurgite irrigãte & immoderate effluente. Irrigante quidem, cum nimio calore cito confectus cibus reſumitur ſæpius: effluẽte vero iuxta neceſſitatem egeſtionis. Teſtatur Hippocrates, cibo nimio recreanda eſſe puerilia ſanciens corpora, ne conſumantur damnis egeſtionis. Sed adhibito cibo tenera ætas delectatur: imminuto aut denegato dolet. Ex quo fit vt voluptatem quidem amplexetur tanq̃ bonũ: offendatur autem dolore, tanq̃ malo. Etiam quæ extrinſecus accidunt frigus & ſiccitas, aſperior & durior tactus. Quæ omnia ſenſus excitant aſperos: quęq; his cõtraria ſunt iucũdos & voluptarios in tactu, odoratione, guſtatu. Quos quidem ſenſus ait &

Gomphi. Circuitus animæ. Torrens. Mot9 ſex Hippocrates.

initio & nunc vſq; maximos & violẽtos motus ciere. Quippe ſenſus auxiliante ſylua nimio inordinatoq; fluxu totam animam actuſq; eius omnes violenta concuſſione turbare. Cumq; ſit animæ pars altera ſanctior diuiniorq;: quæ mens atq; intellectus eſt, nunq̃ exorbitãs: neq; vllis erroribus falſis ve opinionibus deriuabilis: huius quidem motum cohibuerũt, dominationemq; eius in tota anima cõpeſcuerunt, cõtrarios motus agentes: vt eſſet quidem intellectus in anima, ſed nihil ageret impedientibus ſenſibus. At vero illam alteram partem animæ: quæ eſt opinio perdere quidem omnino non poterant (nam hæc quoq; erat prædita diuina potentia) nec ſolui niſi ab eo ſolo qui connexuerat, valebat ante fatale animæ corporiſq; diiugium. Coegerunt tamen aduerſum naturam ſuam niti: atq; agere actus incongruos: cogentes falſis opinionibus credere. Mens.

Deinde admonens eorum quæ in pſychogenia docuerat: medietates illas ait & analogias tanq̃ regione ſua & loco pulſas: quæ conſentaneos motus animæ cœleſtibus tramitibus dirigebant: Illud ſignificans, q̃ in pueris mens quidem intellectuſq; eius omnino ſit otioſus, & velut conſtrictus vinculis motum eius prohibentibus. Ratio tamen agat aliquid cum vel appetit quid tenera ętas, vel iudicat, vel imaginatur non recte licet, ad hæc trahẽtibus eam ſenſibus: atq; eo genere circũſcribentibus ob ſupradictas cauſas rerumq; ignorationem. In quo etiam Ariſtoteles conſentit: dicens initio pueros & in annum etiamnum lactentis ætatis omnes quidem viros putare patres: omnes autem fœminas, matres: ætatis tamẽ acceſſu diſcernere, & nonnũq; in diſcretione falli. Sæpe etiam falſis captos imaginibus porrigere ad imaginem manus. Eaſq; omnes opiniones ſupinas vocat, cum ea quæ lędunt commoda, quæq; proſunt noxia eſſe arbitrantur, ideſt cum ad voluptatem pernicioſam feruntur: offenduntur autem ſalubri labore. Quod profecto nunq̃ contingeret niſi nimium ſenſibus crederent: qui natura in decipiendo plurimum vigent. Atq; vt totam rem plane expediret, exemplo quoq; vtitur perſpicuę claritudinis. Summa demẽtia eſt: cum quis nõ ſolum ignoret: ſed idipſum quod ignoret, neſciat: proptereaq; falſis conſentiat imaginibus: quæq; vera ſunt, falſa eſſe præſumat: vt cum malitiam quidem prodeſſe: virtutem vero obeſſe perniciemq; afferre arbitrantur. Quæ quidem opinio vſq; ad nouiſſimam ætatẽ pleroſq; comitatur: qui facere iniuriam commodiſſimum: recte, damnoſum putant: propter eaq; execrantur. Hos Ariſtoteles ſenes, pueros vocat: q̃ mẽs eorum a mẽte puerili minime differat. Exemplum quod diximus late eſt. Ex aduerſo ſtantes in læua noſtra certe habemus cõtraſtantium dextras partes: item illi ſimiliter noſtras: rurſumq; læuas partes in dextras. Si igitur, inquit, alter ex duobus recte & ſecundum naturam ſtet: alter vero ita vt caput ſolo figat: pedes pro capite ſuſtollat: & ſint ex aduerſo: tunc ſe inſpicientes, inuicem opinabuntur dextras partes ſiniſtras: ſiniſtras dextras inuicem. Tale aliquid pati dicit animas quoq; iuxta rerũ contemplationem inter initia & recens incorporatas. Cum igitur ita ſe habebit & audiet intelligibilẽ eſſe naturã & ſine corpore, quæ ſola vere perpetuoq; eadẽ ſit: rurſum de iis quę naſcunt̃ & occidũt. i. de corporeis atq; ſenſibilibus, q̃ fluida ſint & mutabilia, opinor tunc aduocatis ſenſibus, puerilis anima teſtimoniis eorũ facile credens intelligibilem quidem naturam nullam eſſe cõfidit, vtpote quã ſenſus ne ſomniet quidem. Sola autem ſenſilia pro certoq; eſſe præſumit: quę videri, tangi, cęteriſq; ſenſibus percipi queãt. Itaq; pręſumens non opinor mentis intelle

ctuſq; compos erit. Ideoq; addidit. Nec habet vllum certum ducem talis pera-
gratio. Neq; enim intellectus ducem ſe præbet cæteris animæ partibus: vt qui
ſit tunc otioſus: neq; illa alia pars animæ in qua ſunt opinationes: quã ſubegerint
atq; in ſeruitium redegerint ſenſus: vſq; adeo vt cum ſeruiat dominari ſe putet: &
aliquid ex priſtino ſplendore ac dignitate retinere. Ac ne quis eum putaret de
anima cuiuſlibet animalis hæc dicere, addidit.

Creſcente vero homine poſteaq̃ incremẽti nutricationiſq; tenui iam riuo mea
tus effluet: animæq; circuitus tranquilliore motu viam ſuam peraget: proceſſuſq;
temporis ſedatiores erunt. Merito. fit enim melior in dies quanto fit perfectior: &
†dies. in cognitione rerũ exercitatior. Tunc quippe nuncii †ſenſus minoris erunt aucto
ritatis, minoriſq; apud animam fidei, deprehenſa fallendi conſuetudine. Maxime ſi
ſit ſtudiis, inquit, elegantioribus erudita, immunis omni perturbatione atq; ægri
tudine deget æuum. Si negliget, claudũ tũc vitæ ſerpens iter cum familiari demũ
ſtultitia reuocabitur ad inferna. Conſequenter nanq; ſibi hominem componit ex
anima & corpore. Quotuſquiſq; igitur vtrunq; curabit: erit incolumis & fortis.
Qui neutrum, mancus & debilis. Qui alterum ex duobus, claudus. Ergo indocilis
& corpori tantum diligentiam impertiens, claudam habebit vitam proculdubio.
Claudam quoq; illius animam fore, cuius rectæ quidem ſint opiniones: ſed ne-
quaq̃ ſacris intelligibilium arcanorum ſit initiatus. Simul quia de totius hominis
diſſeruit integre ꝑ ꝑtes cõſtitutiõe: nũc mẽbratim, ſicut i mũdani corporis cõſti-
tutiõe fecerat, vtilitatẽ cuiuſq; mẽbri reuelat: cauſaſq; reddit viſus nři & auditus.
Senſuum vtilitas. Senſuum quoq; vtilitatem perſequitur, & eorum membrorum quæ ſenſum ad-
iuuant. dicit etiam de memoria. dicit de ſomniis. Eorum quoq; cauſas reddit quæ
in ſpeculis ſimulacra cernuntur: & eorum omnium cauſas rationeſq; ſubdiuidit.
Demonſtrat etiam quæ principales cauſæ ſint, quę itẽ principalibus accidãt: quę
item ſint ipſa quidem immobilia: moueant tamen alia: quæ demum ab hiſipſis
mouentur ex aliqua neceſſitate: quæ cum ratione mouent affectum rei vtilis ali-
cuius: quæq; ſine ratione & vt libet. Orditur deniq; a capite: quam partem corpo
ris principali quadam eſſe eminentia dicit. Proptereaq; oportuiſſe in excelſo atq;
eminẽti loco tanq̃ arcem totius corporis collocari: vt domicilium eſſet partis ani
Ratio. mæ principalis: quod ἡγεμονικὸν a philoſophis dicitur, ideſt ratio. Cuius duplex vir
tus: altera intelligens: opinatrix altera: iuxta quas ſapiẽtia cum diſciplina: & item
prudentia cum rectis opinionibus conualeſcũt. Quas duas, diuinas circũactiones
animę idem auctor appellat: iuxtaq; eas diuinas poteſtates quę fingebant corpo-
ra hominum ad ſimilitudinem mundani corporis, formaſſe dicit caput rotundũ
& globoſum: cuiq; ita informato connexuiſſe rationabilem motum. Qui rationa
bilis motus principalis animę poteſtas eſt: proptereaq; principalem animę pote-
ſtatem aſſerit in capite ſedem habere. Sed quoniam de hoc diuerſę opiniones phi
loſophorum tam veterum q̃ nouorum extiterunt: recenſendę nobis ſingulę ſunt:
vt habita comparatione, quanto cęteris ad veritatem pręſtet Platonis, fiat palam.

Qui diuiduã eſſe ſyluę ſubſtantiam cenſuerunt: interponentes immenſo ina-
ni modo ex tertia, modo partes quidem, ſed indifferentes, ſui ſimiles tunc ato-
mos vel ſolidas moles: nullum locum certum definitumq; principali animę par-
ti dederunt. Spiritus quippe, vt ipſi aſſeuerant, per fauces ad pulmonem com-
means in reſpiratione attenuatus ad cordis ſedem facit tranſitum, Deinde per

arterias quę ſunt a corde porrectæ,peruenit ad Caroticas,ita appellatas venas,ꝙ Arteriæ
eędem vulneratæ mortem afferant ſoporiferam:per quas idem ſpiritus ad caput Caroticę.
fert per tenues neruorũ & anguſtos meatus:atq; ibi primũ naſci dicũt initiũ ſen
tiendi,& intermanare ad cæterum corpus,iſq; communis ſenſus eſt tactus:ſedfit
proprius ob diuerſitatem membrorum quibus ſentimus.Qualia enim fuerint or
gana ſentiendi,talis ſenſus exiſtit:vt per oculos,viſus:auditus,per aures:atq; in eũ
dem modum cæteri.Vnus tamẽ eſt ſpiritus qui in multis deformatur.Aut enim
moles quædam ſunt leues & globoſæ eædemq; admodum delicatę:ex quibus ani
ma ſubſiſtit:quod totum ſpiritus eſt:vt Aſclepiades putat:aut ignitę atomi iuxta
Democritum:qui ex iiſdem corporibus & ignem & animã cenſet excludi:vel id
ipſum atomi caſu quodam & ſine ratione concurrentes in vnum,& animam
creantes:vt Epicuro placet,ob ſimilitudinem atomorum:quarum vna commota
omnem ſpiritum,ideſt animam,moueri ſimul.Vnde plerũq; audita niue candorẽ
ſimul & frigus homines recordari:vel cum quis edit acerba quædam:qui hoc vi
dent,aſſidue exſpuũt incremento ſaliuæ:& cum oſcitantibus ſimul oſcitent alii:&
in conſonis rhythmis moueri nos iuxta ſonos.Quæ cũ ita ſint,quærunt:qui ma-
gis capite q̃ pedibus ſapiamus,quando ſcientiæ diſciplinæq; aſſiduo ſenſus ex-
ercitio corroborentur:prudentiæq; initium ex aliquo temperamẽto orſum,vſuq;
aſſiduo promotum perueniat ad perfectionem,dum frequẽs obſeruatio rudimẽ
ta creat:rudimenta item artem:quæ tempore atq; vſu confirmata fit diſciplina.
Iidem negant animæ vim principalem conſiſtere in capite : propterea ꝙ pleraq; Aię vis an
animalia capite ſecto viuant ad tempus:& agant ſolita,tanq̃ nullo damno allato in capite
corporis vniuerſitati:vt apes,& item fuci:quæ licet capitibus abſciſſis ad momẽ pręcipua.
tum viuunt,& volant:aculeiſq; ſecundum naturam ſuam ſe defendunt.Quæ non
facerent ſi in capite conſiſteret quod eſt in anima principale.Illud etiam in corde An in cor
negant . Crocodilos enim auulſis cordibus aliquandiu viuere,& reſiſtere aduer- de.
ſum violẽtiam.Hoc idem in teſtudinibus obſeruatum marinis,& terreſtribus ca Crocodili
pris. Aduerſum quæ reſpondetur ab aliis:nihil eſſe mirum , ſi cum initia & qua-
ſi quædam fundamenta dogmatis imbecilla & minus idonea iacta ſint:totum eo
rum dogma nutet.Quæ eſt enim de anima opinio eorum ? Nempe ꝙ ex minu-
tis corpuſculis conſtet : ergo corpus initium eſt animæ , & erit animæ propria
nulla ſubſtantia:ſed potius corporis.Corpus enim animã creat iuxta ipſos:vitãq;
animæ.Contingit ergo ſecundum hanc eorum opinionem:vt nunq̃ ſit eadem ani
ma:ſed diuerſa habeatur atq; mutabilis.Cum enim dicant corpus eſſe antiquius
anima:dant corpori principatum.Id porro ſemper fluit atq; immutatur.Et ani-
ma igitur quæ ſecundæ conditionis eſt, eadem patietur quæ corpus.Mutabitur
ergo tempore & ſenio:cæteris item quæ fert natura corporis attentabitur.Atq;
ita male fundata ſententia,honeſtum inuenire non poteſt exitum.

At vero ex illis qui iugem putant eſſe ſyluam,& adunatione quadam ſibi con-
tinuatam:Empedocles quidem principalem animæ vim conſtituit in corde,ſic di Empedo-
cens. Sanguine cordis enĩ noſter viget intellectus. Siquidẽ intimis noſtris ſen cles.
ſibus ſentimus ea quæ ſunt extra nos propter cognationem. Ideoq; ait.

Terram terreno ſentimus,at æthera flammis,
Humorem humecto,noſtro ſpirabile flatu.

Sed de his omnibus qualia ſint,quantamve inter ſe habeãt differentiam,cordis

Sanguis, ſanguine diiudicamus.Hebręi quoq; videntur ſecundum hunc opinari de animę
principali,cum dicunt:Clamat apud me ſanguis fratris tui.Et item alio loco, Nō
edetis carnem cum ſanguine:quia omnium animalium ſanguis anima eſt.Quæ ſi
ita intelliguntur vt debent,animam eſſe animalium ſanguinem, quia ſit vehiculū
irrationabilis animæ,cuius partes ſunt importuni appetitus,habet plane rationē
talis aſſertio.Si autem confitentur animam hominis rationabilem eſſe : credant
ſibi ꝙ Deus a ſe hominibus factis inſpirauerit diuinum ſpiritum quo ratiocina-
mur,quoq; intelligimus,& quo veneramur pie Deum:eſtq; nobis cum diuinitate
Dii ſum9 cognatio:diiq; eſſe dicimur:& filii ſummi dei.Quā cognationē cū Deo,& omni-
& filii altiſ no rationem qua ratiocinamur,ſanguinem putare eſſe non rectę opinionis eſt.
ſimi. Quæ omnia nobis aduerſum Empedoclea quoq; dicta ſint.
Stoici. Stoici vero:cor quidē ſedē eſſe principalis animæ partis cōſentiunt: nec tamē
ſanguinē qui cū corpore naſcit̄.Spiritū quippe Zenon quęrit hactenus.Quo re-
cedente a corpore moritur animal,hoc certe anima eſt.Naturali porro ſpiritu re
cedente moritur animal.Naturalis igit̄ ſpiritus anima eſt.Itē Chryſippus.Vna &
eadē,inquit,certe re ſpiramus & viuimus. Spiramus autem naturali ſpiritu:ergo
etiam viuimus eodem ſpiritu.Viuimus autē anima.Naturalis igitur ſpiritus eſſe
Aiæ ptes. anima inuenitur.Hæc igitur,inquit,octo in partes diuiſa inuenitur.Cōſtat enim
†vitali. a principali & quinq; ſenſibus etiam †vocali ſubſtantia,& ſerendi,procreādiq; po
tentia. Porro animę partes velut ex capite fontis cordis ſede manātes,per vniuer
ſum corpus porriguntur:omniaq; membra vſquequaq; vitali ſpiritu complent,re
guntq;,& moderantur:innumerabilibus diuerſiſq; virtutibus nutriendo,adolen-
do,mouendo,motibus localibus inſtruēdo,ſenſibus compellendo ad operandum:
totaq; anima ſenſus qui eius ſunt officia,velut ramos ex principali parte illa tanq̄
trabe,pandit futuros eorum quæ ſentiunt nuncios: ipſa de iis quæ nunciauerint
iudicat vt rex.Ex his porro quę ſentiuntur compoſita ſunt:vtpote corpora:ſingu
liq; item ſenſus vnum quiddam ſentiunt,hic colores,ſonos alius:aſt ille ſuccorum
ſapores diſcernit:hic vapores odoraminum:ille aſperū læuigationēq; tactu . Atq;
hæc omnia ad præſens.Neq; tamen præteritorum meminit ſenſus vllius:nec ſu-
Intima de ſpicatur futura.Intimę vero deliberationis & cōſiderationis propriū,cuiuſq; ſen-
liberatio ſus intelligere paſſionem: & ex iis quæ nunciāt colligere quid ſit illud,& præſens
ſenſus cō- quidem accipere,abſentis autem meminiſſe,futurum prouidere.Definit idem in
munis. timam mentis deliberationem ſic.Intimus eſt motus animæ vis rationabilis.Ha
bent quippe etiam muta vim animæ principalem qua diſcernunt cibos : ima-
ginantur : declinant inſidias:prærupta & præcipitia ſuperſiliunt:neceſſitudinem
recognoſcunt:non tamen rationabilem:quin potius naturalem.Solus vero homo
ex mortalibus principali mētis bono:hoc eſt ratione vtit̄:vt ait idē Chryſippus.
Aię prin- Sicut aranea in medietate caſſis omnia filorum tenet pedibus exordia:vt cū q̄d
cipale in ex beſtiolis plagas incurrerit ex quacūq; parte de proximo ſentiat:ſic animę prin
corde. cipale poſitum in media ſede cordis,ſenſuum exordia retinere:vt cum quid nun-
ciabunt de proximo recognoſcat.
Vox. Vocem quoq; dicunt e penetrali pectoris,ideſt corde,mitti,gremio cordis ni
tente ſpiritu,qua neruis obſitus limes interiectus cor a pulmone ſecernit vtroq;
& vitalibus cæteris,quo faucium anguſtias arietante formāteq; lingua,& cęteris
vocalibus organis,articulatos edi ſonos ſermonis elemēta,Quo quidē interprete

mẽtis arcani motus aperiant.Id porro pricipale aię vocat.Ergo ſpiritũ aiam eſſe
dicẽtes corpus eſſe aiam plane fatent.Qđ ſi ita eſt,corpus corpori ſociatũ eſt.So
cietas porro vel ex applicatiõe fit,vł ex pmixtiõe,vł ex cõcretiõe.Si applicita ſint
corpus & aia,qđ ex applicatiõe cõpoſitũ horũ duũ,quatenus totũ erit vnũ? Vita
eni ſecundũ ipſos in ſolo ſpũ:q applicitus nõ pmanat ad corpus intimũ.Nihil eni
penetrat applicitũ:& totũ animal viuere aiunt.Non igitur anima & corpus ap-
plicatione ſociantur.Si vero permixta ſunt,anima vnum aliquid non erit:ſed per
mixta multa.Stoici ſpiritũ,ideſt animã,vnum quid eſſe profitentur.Nõ ergo per
mixta ſunt.Supereſt vt ex cõcretione manẽt:ergo & per ſe inuicẽ tranſeunt duo
corpora,& locus vnus quo corpus cõtinet,duobus corporib9 pbebit capacitatẽ,
cũ vas qđ aquã recipit,vinũ & aquã ſimul capere nõ poſſit.Neqꝫ igitur ex appli-
catione,neqꝫ pmixtiõe,neqꝫ vero cõcretione corpus & anima ſociant:ex quo cõfit
animã non eſſe corpus . Eſt igitur virtus & potentia carẽs corpore:quodqꝫ eſt in
ea principale,competentem naturæ ſuę ſedem habeat neceſſe eſt.

At vero Ariſtoteles animã definit hactenus.Anima eſt prima perfectio corpo- Aia ſecun
ris naturalis organici poſſibilitate vitã habentis.Perfectionẽ nunc appellans ſpe- dũ Ariſto
cialem eſſentiam quę eſt in effigie.Eſſentia enim trifariam intelligitur. Vna quæ telem.
conſtat ex corpore:velut animalia vel quæ arte fiunt:eſſentia dicta quia hæc ipſa Eſſentia
eſt, & cætera quæ ſunt facit eſſe.Altera qua materiã informem & adhuc ſyluam triplex.
mente conſideramus.Hęc quippe poſſibilitate omnia eſt quę ex ea fieri poſſunt
effectu aũt nõdum quicq̃:vt maſſa æris & †intractata ligna.Tertia cui accidens †intacta.
effectum perficit eã exornatqꝫ impreſſione formę:ex qua forma quam inſigniuit
ars:id qđ pfectũ eſt nomẽ accipit:vt ſtatua q̃ ex ſimilitudie formę cui9 eſt ſtatua
ſimulacrũ vocat.Similiter,iqt,hõ certe aial eſt:& eſt vt ſylueſtris & materialis eſ
ſentia:& hęc cõpoſita ex materia formaqꝫ:qppe ex corpore cõſtat & aia:ergo cor
pus ei9 materia eſt:aia vero ſpecies ſiue forma.Iuxta quã ſpeciẽ,ideſt aiam,aial eſt
cognoiatũ.Hãc ergo ſpeciẽ qua formant ſingula,gñaliter Ariſtoteles ἐντελέχειαν Entele-
ideſt abſolutã pfectionẽ,vocat.Hac eni obueniẽte,ſyluę q̃ olim fuerãt in ſola poſ- chia.
ſibilitate,pueniũt ad effectũ. Itẽ†qa innuit duplex eſt,aia & corpus:opinor vt q̃ †qđ viuit
diſcunt duabus reb9 diſcunt:ſociant doctrina & aia,ſed prius doctrina qua ipa
aia erudit.Itẽ ſalui ſumus ſalute & corpore:ſed prius ſalute,p quã corpus incolu-
me eſt.Sic etiam viuimus prius aia q̃ corpore : ſiquidẽ vita corporis in aia locata
eſt:propterea qꝫ aia entelechia eſt corporis. Qzqꝫ corpora partim dicuntur ma- Corporũ
thematica:vt ſphæra & cubus:partim artificioſa,vt nauis & ſtatua:pleraqꝫ natu diuiſiões.
ralia:quæ motus originẽ intra ſe habent,vita videlicet vtentia:Naturalis anima
corporis entelechia ſit neceſſe eſt. Cõpetit etiã alia diuiſio.Nã corporũ quædã
ſimplicia,vt elementa:quædã compoſita,vt quæ ex ſimplicibus coaugmẽtantur.

Compoſitorũ partim organica nuncupantur:partim ſine nomine:vt aurum,
æs,gemmæ,& cętera immobili natura minime organica.Aialium vero & ſtirpiũ
& omnino qualiumcũqꝫ vita vtentium organica ſunt,quippe modulata:& habẽt
membrorum per quæ agãt aliquid aut patiantur opportunitatem:vt ad ſumen
dos cibos & ad generandam prolem paris eiuſdẽqꝫ naturæ,tũ ad ſentiendum,&
tranſlatiuũ ex loco ad locũ motũ,vt cuncta gradientia:tum ad faciendũ impetũ
iuxta deſideria & appetitus:vt aialia quæ ſunt firmiora.Ex qbus cõcludit Ariſto
teles ἐντελέχειαν animã eſſe corporis naturalis organici,Tale porro eſt qđ corpus

recipere oportet:& eſt inquit.Nam ſunt quædam ſola poſſibilitate aialia:vt oua
vel ſemina:quædam cum effectu & operatione:vt quæ adhibito fotu ex iiſdé ex-
cluduntur animalia.Ex quo apparet entelechian eſſe animam non cuiuſlibet cor-
poris:ſed eius quod poteſt animam ſumere:& iuxta eiuſdé viuere patrociniũ, mo
tuſq; vitales exercere in agendo:vitæ quoq; paſſiones experiri:propterea q; defini
tioni additum:poſſibilitate vitam habentis.

Et definitio quidé aiæ Peripateticis auctoribus talis eſt.Quæ tamen ex ea con
fiunt:manifeſtant principio animã neq; corporeũ quicq̃ eſſe vel ſenſile,ſed intelli-
gibile potius & ſine corpore:quæ tamé recipiat a corpore:quippe corpori perfe
ctioné det ipa:ſitq; eius entelechia:res per ſemetipſam immobilis,ſicut ſunt artes
& diſciplinæ.Ex accidéti vero aliquo mobilis propterea q ſit in aialibus:quæ dũ
viuunt,mouentur.Dũ eni motus naturales edit anima,mouent aialia:vel cũ agũt
aliquid,vel cũ patiunt.Quæ cũ ſit intelligibilis & ſine corpore,cõſequenter etiã ſi
ne quãtitate eſſe inuenit:quippe cuius neq; prolixitas vlla,neq; latitudo,neq; pro
funditas extet.Nõ eni eſt vt linea,vel ſuperficies,nec vero figurã habet vllam,nec
Aiæ qua- eſt diuidua,vt quæ conſtant ex partibus.Diuiditur tamé alio quodam genere ſic
lis diuiſio vt ex eadem diuiſione non magis partes ei9 vllæ q̃ potentię & virtutes cõſideré-
Rhetori- tur.Nec vero ſpecies eius vllę ſunt:vt generis alicuius ſpecies dici ſolet:vt Rheto
cę ſpecies ricę diſciplinę quę eſt intelligibilis res & ſine corpore,ſpecies tamé ei9 eſſe dicit
ea oratio quæ facta eſt ad doctrinę oſtentationé,& item ſpecies cõcionabilis, vel
ſpecies orationis forenſis.Sic ergo cũ anima quoq; res ſit ſine corpore & ſine ma
gnitudine,nihil intereſt dicere partes animæ,& ité potétias aię:vel cũ diuidimus
eam,cum ſit illa naturæ indiuiduæ,in ſpecié naturalé,iuxta quã nutrit omne ani
mal & creſcit & ſobolé creat:vel in ſpeciem ſenſilé iuxta quã differũt inter ſe quę
animã habét,& ité quę ſola vita fruunt,ideſt aialia & ſtirpes.Item in eorũ ſpecié
quæ locum ex loco mutant:vt ſerpentia omnia,vel quæ habent appetitum:qui in
perfectioribus inuenitur animalibus:in quibus cupiditas & iracundia:& item in
eam ſpeciem quæ eſt perfectior cæteris,ratione viuentium,quæ in natura homi-
nis tantum inuenitur.Eſt igitur tota anima,inquit,in totis partibus viuentis ani
malis.Et naturalis quidé ei9 ſpecies p omne ſe diuidit corpus.Senſus vero tactus
quidé per omne corpus.Viſus auté vel audit9 & cæteri in cęteris membris quæ
ſunt organa ſentiédi.Principalis vero animę pars ſiue potentia eſt ad quã ferunt
quæ nunciant ſenſus ſinguli:& quæ de iis quæ ſentiuntur iudicium facit,exami
natq; cuiuſmodi ſint ea quæ occurrunt ſenſibus varie.Hãc vero Ariſtoteles aſſe
rit locatã eſſe in penetralibus cordis:vbi aliæ quoq; ſpecies aiæ ſunt locatæ,ideſt
†excuſſio. imaginatio,memoria,appetit9,†excurſio.Quippe oim animę viriũ initia & quaſi
quædam radices a ſede cordis emanãt:quãdo confecti cibi ſuccus per venas cor
dis cæterũ corpus irrigat:& motus corporeus qui localis eſt,a corde initiũ ſu-
mit.Nãq; venarũ & neruorum initium & quidam nodus ipſum cor eſt,iuxta q̃d
intellectus agitatus & rationabiliter ignitus ibidé coaceruare ſe creditur,poſſi-
bilitate quidem illic habitans:effectu vero xetra cõſeptũ corporis atq; viciniã cõ
means.Hæc & multa alia huiuſmodi probationũ genera aſſeruntur a ſupra me-
morato viro ad probandum q principalis animæ vis in corde ſit:quæ vſq; adeo
ſit animantium propria:vt cætera ex vitalibus vim pulſuſq; patiantur ſine animã
tis interitu:cordis vero ſedé ne minimas quidem pulſationes ſine interitu anima

lium ſuſtinere.Qz ſi quis nominis præſumptione inductus Cardiacam dicat frequēter eſſe curatā,errat in noie:qppe cū cōſtet illā paſſionē nō cordis eſſe ſed ſtomachi.A duerſum quæ ita reſpōdet.Alia quidē fere omnia recte & prout fert natura rerū,Platoniciſq; dogmatibus conſentanee dicta:ſed dē animæ ſubſtātia erratum videri.Non enim ſpecialem eſſentiā eſſe animā quam appellat Ariſtoteles ἐντελέχειαν.hæc quippe forma eſt corporibus accidēs:vt cenſet Plato,quā hic ſpecialē eſſentiam nuncupat:& eſt imago ſpeciei purę a corpore,& intelligibilis,penes quā eſt dignitas exemplaris.Igitur iuxta hanc formam qua formantur corpora,noia eſſe impoſita rebus verū eſt: animā tamē eſſe formatilē hāc ſpeciē nemo ei concedit.Hoc quippe formatile fit & corrumpitur corporibus ſolutis. Anima vero omni eſt corpore antiquior:habens olim & ante coniugationē corporis ſubſtantiā propriā:extinctiſq; animalibus ſeparatur ſine perpetuitatis incōmodo: vt quā conſtet in æterno eſſe motu,quia habet internū domeſticumq; ex natura ſua motū.Aliud eſt igitur anima,& item aliud ſpecialis eſſentia.Itēq; hæc Entelechia in rebus quoq; cernitur quæ ſunt ſine anima . Si enim eſt plena cuiuſq; ſeminis conceptuſq; perfectio,qui magis animalia q̄ ſtirpes & arbores legitimo tempore accipiunt perfectionē?At vero anima in ſolis animalibus.Deinde perfectio adultis iam quę in cōceptu ſunt adhibetur:& cū iiſdem creſcit.At vero anima ſine ortu,& ex æternitate non ſine motu:quemadmodū ἐντελέχειαν Ariſtoteles fore confitet̄:ſed in motu perpetuo,vtpote cuius naturaliter motiua vis ſit . Proptereaq; diuiditur primitus in duas ſpecies:rationabilē,& eam ex qua ſunt appetitus.Deinde ſubdiuidit̄ ī opinionē,intellectūq;:& demū ī iracūdiā & cupiditatē.Atq; his ex diuiſione ſpeciebus ſingulis apta membra tanq̄ organa ſunt diſtributa.

Entelechia Ariſtotelis.

Aia omni corpore antiquior

Sed ne pręcurrere & delibare videamur quicq̄ ex Platonis ſententia,ponemus ipſam,quæ illuſtrabit cuncta quæ in aliqua obſcuritate verſantur . Eſt igitur anima,iuxta Platonem,ſubſtantia carens corpore,ſemetipſam mouens, rationabilis. Et eſſe animam rem aliquam nullus ambigit . Mouet enim corpus præcedente impetu quodam ſenſibus excitato.Sed quia cuncta quæ ſunt diuiduntur in decem genera:quod cuiuſq; generis ſuſcipiet proprietatē,eidem generi ſociabitur. Conſtat porro inter omnes ex omnibus categoriis propriū eſſentiæ eſſe ſuſcipere cōtrarias paſſiones viciſſim,& eſſe antiquiſſimā,prænoſciq; generibꝰ cęteris. Vt igit̄ corpus vtputa hois eſſentia eſt ſine vlla dubitatiōe:ꝓpterea q̄ cōtrarias paſſiones viciſſim ſuſcipit:vt ægritudinē & ſoſpitatē:turpitudinē & itē decētiā: ſic aiam eſſentiā eſſe aperte ꝓbat̄:qa hęc quoq; cōtrarias paſſiōes viciſſim ſuſcipit:vt iuſtitiā,cōpetit porro hęc corporeę ſoſpitati:& itē iniqtatē,q̄ demū cōpetit corporeis morbis:ſicut pulchritudini qdē tēperātia:turpitudini libido:itē fortitudini qdē magnanimitas:imbecillitati porro timiditas & ignauia.Et omnino bona qdē corporis valetudo cōparat̄ animę bonę valetudini,quæ virtus eſt.Mala vero corporis valetudo vitioſitati.Deinde aia ſicut ī ſuperioribꝰ cōſtitit modulata eſt poſitaq; in motu ſuo:habetq; cū numeris cognationē.Quę cūcta eſſentię quidem non ſunt:ſed iuxta ea quæ ſunt habentq; eſſentiam, verſantur . Si igitur proprium eſt eſſentiæ viciſſim contraria ſuſtinere,idē autē hoc etiā aiæ cōmune eſt:proculdubio nihil eſt aliud aia q̄ eſſentia.Certe ridiculū,id qđ paret atq; obſequitur eſſentiam eſſe cōcedere,ſcilicet corpus:quod vero dn̄at̄ & regit,negare in ſubſtantia poſitum:quoniā Plato tam dignitate q̄ virtutum pręſtantia venerabi

Aia iuxta Platonem

lem dicit eſſe animã,& plane corporis dominam.Et eſſentiam quidẽ eſſe animã
ſic probat̃:eãdẽq; antiquiorẽ eſſe corpore:nec vt entelechiã creſcere cũ cõceptis
Eſſentia ſeminibus:cũq; iiſdẽ maturari & ad perfectionẽ venire.Sed quia duplex eſſentia
duplex. eſt,altera corporea,altera carens corpore,conſequenter docebimus ꝙ ſit anima
Aia incor eſſentia carens corpore . Principio ꝙ omne corpus penetret,idq; viuificet. Pro-
porea. priũ vero eſt hoc eius naturæ q̃ eſt ſine corpore:vt dulcedinis: q̃ peruadit melleũ
corpus:vt lucis,quæ corpus aereũ penetrat.Nã ſi hæc corpora eſſent:vt applica
ta corpori,vel mixta vel cõcreta inuenirentur.Sed applicata non ſunt hęc,nec aia
corpori.Nec enim ex applicatione ei9 vita corpori prouenit:ſed quia aia per oẽs
ſe diffundit artus.Nec vero ex permixtione:non eni eſſet vnũ quiddã anima,ſed
multa cõmixta . Sed nec ex cõcretione.Nullũ quippe corpus aliud penetrare cor
pus valet vſq;quaq;.Non ergo anima corpus eſt vel corporeũ aliquid, vt quidam
putãt:ſine corpore igitur.Deinde,omne corpus vel intimo vel externo motu mo
uetur:quæ externo,ſine anima ſunt:quæ interno,cũ anima.Quoq; ſi corpus eſſet
vel anima aliũde ſumpta vteretur:vel ſine anima eſſet.Neutrũ porro horũ ratio-
nem habet:eſt ergo ſine corpore.Probatũ quoq; in ſuperioribus ꝙ motu intimo
Aia imor genuinoq; moueat̃ & ex ſemetipſa. Sequitur ergo vt etiam immortalis ſit & ſine
talis abſq; vlla generatiõe.Simplex etiam,nec ex vlla cõpoſitione. Hoc loco calumniari ſolẽt
gñatione homines,quibus veri indagandi cura nulla eſt.Dicunt enim Platonẽ in Phędro q
& ſimplex dẽ aſſerere aiam eſſe ſine vlla cõpoſitione:proptereaq; indiſſolubilẽ.In Timęo tñ
cõpoſitã rem cõfiteri: ſiquidem faciat eam conſtare ex diuidua indiuiduaq; ſub-
ſtantia,& item diuerſa eadẽq; alia natura conflante eã,& velut coaugmentãte ab
opifice Deo: Male ac miſerabiliter:neſcientes cõpoſitũ id eſſe q̃d ex aliquo initio
tẽporis factũ ſit:vt nauim & domũ. qddã vero q̃d cõpoſitũ qdẽ nõ ſit:habeat tñ
rationẽ cõpoſitionis: vt in muſica ſymphonia,quæ διὰ τεσάρων vocatur:& item
geometrica theoremata.Similiter etiam generatum quidẽ quod ex aliquo tem-
poris initio natũ factũve ſit,vt ſtatua.Porro aliud eſſe,lõgeq; diuerſum:quod ha-
beat rationem generationis intelligibilis vt ſphęra.Igitur cum dicit Plato natam
animam,& ab opifice Deo factam cõpoſitãq;:non ex certo tempore initiũ ſubſtã
tię dicit trahere:nec vt quę ante nõ fuerit poſt eſſe cœperit:ſed ꝙ habeat rationẽ
ortus,& cõpoſitiõis.Cũ vero ſine genitura & ſine cõpoſitiõe dicit,aperte nullũ ei
dat initiũ:nec vllã originẽ cõpoſitionis.Alia igit̃ ſignificatiõe diuerſaq; regenera
ta,& itẽ alia diuerſaq; ſine generatione anima eſſe dicitur a Platone:cuius diuer-
ſiſſimæ vires ſint.Eſt enim quædam virtus eius in ratiocinando:& item alia quæ
dicit̃ vigor iracũdię,& itẽ quę cupit:quę ſpecies ſunt appetitus:quę tamẽ ratio-
Vires aię ni naturaliter pareant.Erit igitur optima virtus eius quæ ratiocinatur:cæterę ſe
cundæ ac tertiæ poteſtatis.Hæc Plato de anima ſentit:quæ ſtrictim breuiterq; a
nobis diſcuſſa ſunt.Cenſet vero eã per omnes artus ac totũ corpus meare:& per
ſingula mẽbra velut organa vim ſuã oſtentare,perinde vt in ſentiendo ad eam q-
dem referri omnia quæ ſenſibus occurrant:ea vero quæ ſenſus referant eſſe di-
uerſa.Quia igitur principales vires animæ duæ ſunt:vna deliberatiua:altera quę
ad appetendum quid impellitur:& eſt deliberatiua quidem virtus propria ratio
nabilis:illa vero alia id ipſum animantis:conſequẽter cõpetentia viribus & apta
membra diuerſa ſunt.Rationabili velut arx corporis & regia,vtpote virtuti quę
regali quadam eminentia præſtet,ideſt domicilium capitis in quo habitet animę

principale,quod ad ſimilitudinem mundi ſit exædificatum teres & globoſum,pu
rum ſeparatumq; ab ea quę cibo alimentiſq; naſcatur illuuie.In quo quidem do-
micilio ſenſus quoq; habitent:qui ſunt tãq̃ comites rationis:& ſignis ſcilicetvt de
proximo ſenſibus interpellantibus ſtatuatur ſuper iis quę ſentiuntur.Atq; etiam
intellectus a ratione aduocatus facile†ab ea commonefiat eorum omniũ quę quõ †habeat
dam vidit,& imaginum recordatione ad veri ſpectaculi commemorationem re- cõmune,
tractatus.Quis enim neſciat ꝙ quam rationem habet ſenſus aduerſus delibera- fiatq;.
tionem,habet deliberatio aduerſus intellectũ:Ex coniectura ſiquidem naſcit̃ opi-
nio,ex opinione intellectus:vt idem Plato docuit in Politia.Facile eſt aſſequi natu
ralia arcana ex his quæ frequenter accidunt.Omnes quippe paſſiones corporeæ
quę mẽtẽ deliberationẽq; eius impediũt,nõ niſi in capite proueniũt.Phreneſis eni
obliuio,lapſus epilenticus,furor,atq; atri fellis incendia,ex arce capitis trahũt ini-
tia:non ꝙ mens deliberatioq; eius lędatur,proptereaq; fiat obtuſior,ſed ꝙ orga-
num morbo impeditum,officium ſuum iuxta naturam implere non poſſit : nec
animę iuſſis occurrere.Cerebriq; ſedes nullam opinor fert paſſionẽ: prouenit eni
paſſionis ſenſu hominis interitus . Qꝫ ſi & ratio iis quæ videntur : & quæ vi-
dentur rationi teſtimonium inuicem præbent : vtroq; genere verum ſynceræ fi-
dei eſſe dogma Platonis probatur : ꝙ animæ vis principalis in cerebri locata
ſit ſede.Illud vero aliud principale,quod ſecundæ dignitatis eſſe prędiximus,non
rationabilis animantis:ſed ipſum animãtis.Commune ergo vt animalis,in corde
ac medietate:vt vero rationabilis animantis,in cerebro.Vnde cætera quidẽ ani-
malia vno vtũtur principali quod in corde eſt.At vero homo duobus,vno in cor Pricipalia
de,altero in capite.Certe hominis membra ſequuntur ordinationẽ mundani cor hoĩ duo.
poris.Quare ſi mundus animaq; mundi huius ſit ordinationis:vt ſummitas qui
dem ſit dimenſa cœleſtibus,iiſq; ſubiecta diuinis poteſtatibus:quę appellãtur an
geli & dæmones:in terra vero terreſtribus:& imperãt quidem cœleſtia:exequun
tur vero angelicæ poteſtates : reguntur porro terrena : prima ſummum locum Summũ
obtinentia:ſecunda medietatem:ea vero quæ ſubiecta ſunt,imum : conſequenter Medium
etiam in natura hominis eſt quiddam regale:eſt aliud quoq; in medio poſitũ:eſt Imum in
tertium in imo.Summum quod imperat,medium quod agit,tertium quod regi homine.
tur & adminiſtratur.Imperat igitur anima:exequitur eius vigor in pectore cõſti
tutus:regũtur & diſpenſantur cætera pubetenus & infra. Atq; hãc eandẽ ordina
tionem inuenimus etiam in libris Politiæ.In quibus cum ea iuſtitia quæreretur
qua hoies aduerſum ſe vtunt̃:hæc porro tũc cõualeſcit,cũ aię poteſtates opificia
ſua recognoſcũt,nec aliena appetũt:ex vni9hois igenio ad illuſtre ciuitatis & ppl̃i
cõfugit exẽplũ,& de gẽtiũ diſputat iuſtitia.Pricipales qdẽ vrbis illi9 viros vt pru
dẽtiſſimos ſapiẽtiſſimoſq; editiores vrbis locos habitare iuſſit.Poſt hos militarẽ
atq; i armis poſitã iuuẽtutẽ:qbus ſubiecit ſellularios atq; vulgares. Vt illi qdẽ vt
ſapiẽtes ꝑcepta dẽt:militares agãt atq; exſequãt̃:vulgares vero cõpetẽs & vtile ꝓ
beãt miniſteriũ.Sic aiam quoq; ordinatã videm9.Rõnabilẽ qdẽ ptẽ ei9,vt ſapiẽ
tiſſimũ pricipẽ ptẽ obtinẽtẽ tãq̃ toti9 corporis capitoliũ.Vigorẽ vero q eſt ira-
cũdię ſimilis vt militarẽ iuuẽtutẽ in cordis caſtris manẽtẽ.Vulgare & ſellulariũ
qđ eſt cupiditas ſeu libido,inferiorib9 abditũ occultatũq; natura . Cũ igit̃ horũ
inquit omnium conſenſus talis erit,& quaſi quædã cõſpiratio:vt quod oportet
præcipere recte officium ſuũ compleat:huic pareat qđ eſt dignitatis ſecundę:po

Caput principale hominis.

ſtremũ vero atq; vltimũ morẽ gerat melioribus: tũc nõ ſolũ hominũ vita: ſed etiã ciuitatum & gẽtium erit laudabilis & apprime beata. Ex quibus oſtẽdit Plato veram hominis proprietatẽ in capite cõſiſtere: cuius ſpecies ſit mundi formæ ſimillima: & q; germana ſuſtentet aïa viuificantis animę corpus vniuerſæ rei: cuiq; cũ cta cognitionis rerũ inſtrumenta, ſenſus videlicet, adiuncta ſint: quoq; quę agunt extra indicio vicinorum ſenſuũ mens aſſequatur. Quibus quidẽ ſenſibus minime opus fuit mundo: quippe nihil extra ambitũ mũdi eſt, aut agit. At vero perfectæ hois inſtructioni ſunt ſenſus admodũ neceſſarii: qa initiũ & quaſi q̃dã intelligẽdi ſapiendiq; ſemina ſunt in ſentiendo. Deinde cauſam demõſtrat cur capiti cætera mẽbra ſubiecta ſint. Oportebat, inquit, animal terrenis negotiis pręfici: terrę aũt ſuperficies in qua ex parte maxima decliuibus, & item accliuibus impedimentis. Erat igitur poſſibile motu capitis naturali, hoc eſt globoſa decurſione terras obiri: proptereaq; diuinæ poteſtates vehiculum conſimilis eiuſdemq; naturæ capiti, cæterum corpus, & quæ partui futura erant neceſſaria membra ſubterſerunt: quo rationis domicilium cæteris emineret. Q2q; ex tranſlatitiis motibus quædam eſt præcedendi coniugatio, retro quidem vnde eſt exordiũ motus: ante aũt ad quod fit impetus: pręcedẽdi officiũ cõmodius, inquit, viſum eſt q̃ recedendi. Opinor ideo, qa mundi quoq; motus agit in antecedẽtia: naturęq; animaliũ cõgruentius progredi q̃ receſſim moueri. Totius deniq; corporis conformatio prouida naturę ſolertia ſic ordinata eſt ore vultuq; ad pręcedentia verſum locata: ducibus quoq; ad ſpatiandum ſenſibus prorſum ſpectantibus.

Videndi ratio.

Dehinc ſubtexit de ſenſibus & organis ſentiẽdi: & incipit ab optimo præclariſſimoq; ſenſuum omnium viſu: cauſas quibus videmus ediſſerẽs. Sed quoniam de hoc pleriq; alii poſt ipſum opiniones varias libris cõditis ſunt executi, eas quæ ſunt in honore perſtringã: quo pfectior propoſitæ rei tractatus habeatur. Oĩes qui rerum initia corpora cenſuerũt: vel cœtũ innumerabilium minutorum cõgeſto inani, vel perpetuorũ continuata proceritate, dicũt videre nos ſimulacrorũ incurſionibus. Fluidam quippe materiẽ formatas iuxta ſui ſimilitudinem exſudare ſubtiles corporum fuſiones, quæ ſunt viſibilium ſimulacra rerum. Eaq; cum viſus noſter incurrerit: hauſta & recepta meatibus tranſmittat ad eũ per quẽ ſentimus ſpiritum. Cũq; delicatior ſimulacri moles erit, ſeparatur, panditurq; viſus opinor: & candida tunc quæ ſentiuntur, videntur. Si corpulentior, confundunt aciem, & vidẽtur atra. atq; ad eundem modum cætera formata: & colorata pro formarum & colorum cognatione. Multaq; ab his dicuntur alia in eundem modum: quibus ſingulis immorandum non erit.

At vero Heraclitus intimũ motũ qui eſt intẽtio animi ſiue animaduerſio, dicit porrigi per oculorũ meatus: atq; ita tangere tractareq; viſenda. Stoici vero videndi cauſam in natiui ſpiritus intentione conſtituunt. Cuius effigiem coni ſimilem volunt. Hoc quippe progreſſo ex oculorum penetrali, quæ appellatur pupula, & ab exordio tenui, quo magis porrigit i ſoliditatẽ opinato exordio penes id qđ videtur locata fundi omnifariam, dilatariq; viſus illuſtratione. Q2q; omnis natura modo menſuraq; moueatur: ſpatii quoq; magnitudiniſq; commodum eſſe: eaq; quæ neq; valde applicata viſui, nec nimium diſtantia viſibilia clare videri. Certe conum ipſum pro modo menſuraq; intentionis augeri, & prout baſis eius vel directa vel inflexa erit: incidetq; in cõtemplabilẽ ſpeciẽ, ita apparebunt quæ vident.

Oneraria quippe nauis eminus viſa perexigua apparet,deficiente contemplatio-
nis vigore:nec ſe per omnia nauis membra fundente ſpiritu.Turris item quadra
ta rotunditatem ſimulat cylindri:atq; etiam ex obliquo viſa porticus in exile defi
cit,oculorum deprauatione.Sic etiam ſtellarum ignis exiguus apparet : atq; ipſe
Sol multis partibus q̃ terra maior, intra bipedalis diametri ambitum cernitur.
Sentire porro mentem putãt perinde vt eam pepulerit ſpiritus,qui id quod ipſe
patitur ex viſibilium ſpecierum cõcretione,mẽtis intimis tradit.Porrectus ſiqui-
dẽ & veluti patefactus cãdida eſſe denunciat quę videnť.Confuſus porro & con
ſtrecatior atra & tenebroſa ſignificat:ſimiliſq; eius paſſio eſt eorum,qui marini pi
ſcis cõtagione torpẽt: ſiquidẽ per linũ & arũdinẽ perq; manus ſerpat virus illud
penetretq; intimũ ſenſum.Geometræ cum Peripateticis cõcinentes radii effuſio-
ne viſum operari putant:cum per fulgidam lucidamq; pupulæ ſtolam in directũ
emicãs radius,ſerenam porrigit lineã:quę gyris oculorum circumuecta motibus
diſpergat vndiq; lucem cõtemplationis.Quippe teres & lęuis oculi globus & hu-
mori lubrico velut innatans ſequacem lineam viſus vtrobiq; facile contorquet.Er
go notæ geometricæ cõparãt quod videť:& illuc verſum ferri cenſent viſus intẽ
tionem:ſed ob nimiam repentinamq; conuerſionem omnia videri per illuſtrẽ con
tuentis ſuperficiem putant:vt cum in theatro aliove quolibet cõuentu popularis
multitudinis decurſis ſtrictim vultuum partibus totum populum videre nobis
videmus . Idem aiunt videre nos vel tuitione quam φάσιν vocant:vel intuitione
quam ἔμφασιν:vel detuitione,quam ἀπέμφασιν noiant.Tuitione quidẽ,vt quæ ſim- Tuitio.
pliciter & proprie vidẽtur:quæq; clemẽter viſum recipientia minime eum a ſe re
pellunt:vt flexus quinimmo fractus rurſum ad oculos redeat.Intuitione vero: vt Intuitio.
quæ fragmento radii recurrente ad oculorum aciem videntur:qualia ſunt quę in
ſpeculis & aqua cõſiderantur:cæteris item quorum terſa eſt quidem ſuperficies:
ſed ob nimiã denſitatẽ idoneus vigor eſt ad repellẽdũ qđ offenderit.Ergo etiã ra
dius in quo eſt vis vidẽdi fractus in ſpeculo facit angulũ quẽ cõtineãt duæ lineæ:
Vna quę ab oculo ꝓfecta ꝓuenit ad ſpeculũ.Altera q̃ a ſpeculo recurrit ad vultũ.
Qui quidẽ angulus eum erit acutus,imaginem vultuum noſtrorũ facit in ſpecu-
lo videri remeãte ad vultũ acie,atq; ĩde occulte pręcipitãte ſimulacrũ in ſpeculi ſi
nũ.Ex quo fit vt vultꝰ noſter trãſiſſe ad ſpeculũ puteť.Quoq; ſimulacrũ e ſpeculo Speculi
reſultãs ex aduerſo videť cõſiſtere:perinde ac ſi duo cõtraſtãtes dextras partes ſi ratio.
niſtris:ſiniſtras item dextris obuias habeant:ſic aduerſum nos imagines noſtræ.
dextras & ſiniſtras partes cũ immutatiõe demõſtrãt. Idẽ angulus acutus ſi ex ali
qua cõuerſione vel ĩmutata qualitate poſitionis erit acutior & ꝓcerior factus,lõ-
gius euagatꝰ,cũcta q̃ poſt tergũ nobis ſunt,ĩ ſpeculo videri facit.Q; ſi nõ acutꝰ
ſed rectus erit angulus:tũc ea quæ ad directũ rigorẽ ſupra nos erũt videbũť.Sin
vero hebes & latior,ea quę contra nos excelſiora ſunt apparebũt.Nullo porro an
gulo facto nec fracto radio:nulla in ſpeculis duntaxat imago proueniet:vt in glo
boſis & ſphęrę ſimilibus vaſis.At vero ſi talis erit ſpeculi figura:vt ſit eiꝰ cõcaua
ſuꝑficies & tornata in modũ ſcaphii quadrati vel imbricis:dehinc ĩtueamur hoc
idẽ ſpeculũ ita cõuerſum:vt rectꝰ cernať imbrex:margines porro eiꝰ ſeu ſuꝑcilia
hinc & illinc ꝓ laterıbꝰ aſſiſtãt:tũc opinor radius incidẽs & infractus ob lęuẽ ſpe
culi rigidãq; ſoliditatẽ ĩ proximũ latus eiꝰ delabiť in decumani apicis effigiẽ. Ita
dextri lateris imagine in ſiniſtrũ,ſiniſtri etiã in dextrum, ob eminentiã marginis

†deiectæ. vtriuſq; †directæ dextræ partis noſtræ, etiã in ſpeculo, dextræ: ſiniſtręq; item ſini-
ſtræ videbũt̃: & erit imaginis falſę remediũ imago falſa. Hoc idẽ ſpeculũ ſi demũ
ita erit aduerſum nos locatũ: vt eminẽtiũ marginũ alter ſuperior ſit, alter inferior
nec rectus ſed obliquus cernat̃ imbrex: reſupinas oſtentat imagines, & ſimulacra
præpoſtera ob ſimilẽ lapſum fracti radii ꝑ accliua. Directus qppe viſus ad ſpecu
li ſupercilia: cũ quidẽ ſuperiorẽ conſpexerit eminentiã: deiicitur ſimulacrũ ad ima
reſupinũ: cũ vero inferiorẽ, facit ſaltũ vultus ad imaginẽ ſuperiorẽ. Indicat porro
cauſam prauę intuitionis eſſe in radii fragmine cõmentũ tale. Etenim ſi duo ſpe-
†obligatũ cula ſic collocẽt̃: vt vnũ ſit ante vultũ: alterũ a tergo †obliquatũ, ne impediat̃ obie
ctu corporis viſus radii cõmeantis: tunc occipitiũ noſtrũ interni videmus in ſpe-
culo qd habetur a tergo. Quod nõ fieret niſi radius viſualis applicans ſe ad ſpecu
lum aduerſum, fractuſq; eius obiectu faceret angulũ: ex quo rurſum recurrens in
poſterius ſe ſpeculũ arietaret: rurſumq; illic angulo facto deſineret in occipitii ſe-
dem. Atq; ita quod vero viſu nõ ſentitur, diſcurſantis aciei lumine prodit̃. Simili-
ter cũ in modum ſectæ concauę ſphęrę formatũ erit ſpeculum: maiores veris vul
tus apparent. Ideo ꝙ vndiq; ſe fundente radii lumine velut exæſtuãs imago por-
rigitur. Quę autẽ ἔμφασις ab his appellatur, prouenit quoties non in cute ſpecu
li: ſed introrſum & tãq̃ penetrabilibus ſimulacrũ inuenitur, obumbrãte aliqua ni-
gredine: vt in perlucidi qdẽ: ſed fuſci vitri lamina: vel ſtagnis atris ex alto profun-
do. Tunc quippe viſus ingreditur nõ adeo denſam cutẽ, & videt interiora: ſed nõ
adeo clare. Infringit̃ tamẽ radius ob terſam ꝑlucidæ materię ſuperficiẽ, & obum
brationẽ atri coloris: vſq; adeo vt ipſi etiã noſmet vidẽtes: ĩtra ſpeculũ noſmet pu
temꝰ cõſiſtere: nec os noſtrũ e ſpeculo: ſed ĩtra ſpeculũ videre. Quę cã eſt: vt cũ ac
cedimꝰ ad ſpeculũ, imago etiã ꝓximare: & cũ redimꝰ, illa ẽt videat̃ vna recedere.

Iidem vnũ eſſe radiũ qui ex vtroq; oculo porrigit̃: argumẽtant̃ ex ea paſſione
quæ ὑπόκρισις dicit̃: & ex viſu eorũ qui duplicia videre credunt̃: & habere pupu-
las binas. Etenĩ cũ craſſus humor ita oculos obſederit: vt nõ oẽm eorũ occupaue-
rit & obtexerit ambitũ: ſed in medietate cõſtiterit liberis hincinde partibus ſuis:
Videntes tunc ſciſſo radio diuidit̃ bifariã viſus: & qui hoc vitio laborant, duplicia videre ſe
duplicia. cenſent. Ergo etiã in geminis pupulis idẽ vitiũ medicoꝝ detegit experiẽtia. Nãq;
bicorni naturali qdẽ pupula recte q̃ ſunt vident̃: illa vero alia, ſimulacra rerũ. Qua
propter medici qd plus eſt q̃ natura deſiderat, tollũt: & illã pręter naturã pupulã
interimũt, ĩpoſita cicatrice. Quo facto reuocat̃ viſus naturalis ĩtegritas. Hę ſunt
de viſu probatę ſentẽtię veterũ, q mihi vident̃ acceptis occaſionibꝰ a Platone ſuũ
ꝓpriũ feciſſe dogma. Nã cũ ille ꝑfectã rationẽ attulerit, docueritq; tã ipſam cau-
ſam vidẽdi q̃ cętera q̃ cauſã ſequunt̃, atq; adiuuãt: & ſine qbꝰ viſus nõ põt exiſte
re: iuniores ſumptis ex plena ſentẽtia partibꝰ: de iiſdẽ partibꝰ tãq̃ de vniuerſita-
te ſenſerũt: propterea q; vt qui vera dicãt, merito mouẽt. Sed quia nulla partis ꝑfe
ctio eſt, aliquatenus ſuccidũt: vt expoſita Platonis ſentẽtia res ipſa demonſtrabit.

Plato de Cenſet eni Plato lumẽ ex oculis profundi purũ & liquatũ: qd ſit velut fons qui
viſu. dã ignis intimi noſtri, habẽs cum ſolſtitiali lumine cognationẽ. Solis porro lumẽ
inſtrumẽtũ aiæ fore ad viſibiliũ ſpecierũ cõtẽplationẽ: ſiqdẽ ad oculos ferat̃: quo
rũ lęuigata ſoliditas, & terſa rotũditas, vtpote munita tunicis textis tenui neruo
†ferit. rũ ſubtegmine, †fert facile obuiã lucẽ. Medietas vero ĩ qua cõſtituit̃ vidẽdi vis, de
licati corporis & ſyncerae ꝓpemodũq; ĩcorporeę puritatis admittit cõtẽplatiõis

ingreſſum.Cauſaq; principalis videndi lumen eſt intimũ:nec tamen vſquequaq;
perfecta,& ſufficiens ad muneris cõpetentis perfunctionẽ.Opus eſt quippe ad-
iumento cognati extimi luminis:maxime quidẽ ſolſtitialis. alias tamẽ etiã eorũ
quę Solis lumen imitantur.Igitur extimũ lumen accorporatum lumini quod ex
oculis fluit, confirmat illud,& facit idoneum †obtutũ fluere: propterea ducit ex † obtutui
ipſis corporib⁹ †quę videntur colores.Colorũ porro proprium eſſe viſus ſenſũ † qui
quis neſciat? Flãma eſt igitur quędã inquit corporũ†color infundẽs ſuperficiẽ. † colori
Quæ cum erit æqualis oculorum capacitati,manifeſta ſunt atq; erunt quę viden
tur.Cum vero minor,clara & candida:vt quę patulus & apertus viſus admittat.
Si vero maior erit color qui ex corporibus euaporatur q̃ eſt oculorum ambitus
tegitur,cõfunditurq; acies:& quæ videntur, atri coloris videntur. Tribus ergo
his cõcurrentibus viſus exiſtit: trinaq; eſt ratio videndi:lumen coloris intimi per
oculos means,quæ principalis cauſa eſt:lumen extra poſitum cõſanguineũ lumi-
ni noſtro,q̃d ſimul operatur & adiuuat:lumen quoq; q̃d ex corporibus viſibiliũ
ſpecierum fluit,flãma ſeu color.Qui perinde eſt atq; ſunt omnia ſine quibus p-
poſitum opus effici non poteſt:vt ſine ferramentis quę ſunt operi faciẽdo neceſ
ſaria.Quorũ ſi quid deerit, impediri viſum neceſſe eſt.

His tam plene, tam diligenter elaboratis,iuniores philoſophi vt non optimi
hæredes paternũ cenſum in fruſta diſſipantes perfectam atq; vberem ſententiã
in mutilas opiniunculas inciderunt.Quare faciendum:vt ad certã explorationẽ
Platonici dogmatis cõmentũ vetus aduocetur medicorũ & item phyſicorum,il-
luſtrium ſane virorum,qui ad cõprehendendã ſanę naturę ſollertiã artus huma-
ni corporis facta mẽbrorũ exſectione rimati ſunt: qui exiſtimabant ita demum
ſe ſuſpitionibus atq; opiniõibus certiores futuros ſi tã rationi viſus q̃ viſui ratio
cõcineret. Demõſtrãda igit̃ oculi natura eſt. de qua cũ pleriq; alii tum Alcmęus Alcmęus
Crotoniẽſis in phyſicis exercitat⁹: quiq; primus exſectionẽ aggredi eſt auſus:&
Calliſthenes Ariſtotelis auditor:& Herophilus multa & pclara in lucẽ ptulerũt: Calliſthe-
Duas eſſe anguſtas ſemitas: quę a cerebri ſede in qua ẽ ſita poteſtas animę ſum nes
ma & principalis,ad oculorum cauernas meent naturalem ſpiritum cõtinentes: Herophi-
quę cũ ex vno initio eademq; radice progreſſę aliquãtiſper cõiunctę ſint, in fron lus
tis intimis ſeparatæ biuii ſpecie perueniant ad oculorum cõcauas ſedes:qua ſup
ciliorum obliqui tramites porrigunt̃:ſinuareq; illic tunicarum gremio naturalẽ
humorẽ recipiẽte globos cõplẽt munitos tegmine palpebrarũ: ex quo appellant̃
orbes. Porro q; ex vna ſede progrediant̃ luciferę ſemitę,docet quidẽ ſectio prin
cipaliter: nihilominus tamen intelligitur ex eo quoq; q; vterq; oculus moueatur
vna:nec alter ſine altero moueri queat. Oculi porro ipſius continentiam in qua-
tuor mẽbranis ſeu tunicis notauerunt diſpari ſoliditate: quarum differentiam
proprietatemq; ſi quis perſequi velit,maiorẽ propoſita materia ſuſcipiet laborẽ.
Interim verbis Platonis expoſitis eam quæ ſit in his naturalium arcanorũ com-
prehenſio atq; expreſſio conſideremus.Cum de ſenſibus loqueretur quos capi-
tis inſtrumenta eſſe dixerat,addidit.

E quibus primi luciferi oculorũ orbes coruſcãt.& mox. Duæ ſunt opinor vir
tutes ignis,altera edax & pemptoria:altera mulcebris inoxio lumine. Huic igit̃
ex qua lux diẽ inuehẽs pandit̃,cognatũ & familiare corpus oculorũ diuinæ pote
ſtates cõmentę ſunt.Intimũ ſiquidẽ noſtri corporis ignẽ,vtpote germanũ ignis

lucidi, ſereni, & defęcati liquoris fluere per oculos ac demanare voluerunt.

Solis & oculi cognatio. Solis & oculorum cognationé ſeit ab ineunte ætate cõmunis oim anticipatio. Quippe Sol mundi oculus appellatur ab omnibus. Ideoq; idem auctor in politia Solem quidem ſimulacrum eſſe ait inuiſibilis Dei: oculum vero Solis, & ſolſtitiale quiddam: vt ſit eminens Sol intelligibili mundo ſuus huic ſimilis in ſenſili globus iſte ignitus lucifer: cuius ſimulacrum id lumen quo illuſtratur viſus aialium, ideſt oculus. Fluere porro viſum per oculos conſentiunt tam phyſici q̃ etiã medici, qui exſectis capitis membris dum ſcrutãtur naturæ prouidam ſollertiã, notauerunt ferri biuio tramite ignis liquorem.

Viſus organa.

Vt per leues inquit congeſtoſq; & tanq̃ firmiori ſoliditate pauidos orbes luminum quorum tamen eſſet anguſta medietas, ſubtilior ſerenus ignis per eandem flueret medietatem.

Quid ergo? Non aliter phyſici membranis, vel etiam tunicis ſolidis contineri oculorum orbes aſſeuerantes, de natura eorum interpretari videntur. Anguſta porro illa medietas quæ peruenit vſq; ad oculorum cauas ſedes, quæ alia eſt q̃ hęc, per quã fluit ignis ſerenus? Itaq; inquit, cum diurnum iubar applicat ſe viſus fuſioni, tunc nimirũ incurrẽtia ſemetinuicẽ duo ſimilia in vnĩ corporis cohærẽt ſpeciem, quo concurrunt oculorũ acies emicantes: quoq; effluentis intimę fuſionis acies contiguę imaginis occurſu repercutitur. Euidẽter viſum fieri dicit quoties intimi caloris lumen qđ inoffenſe per oculos fluit, aliquam viſibilem materiam: quã contiguam imaginem appellat: incurrit: ibidemq; iuxta materię qualitaté formatum & coloratum, ſenſus, viſuſq; conſit ex lumine: qui cõtiguę imaginis occurſu repercuſſo radio reditu facto ad oculorũ fores vſq; ad mentis ſecreta porrigitur. Atq; etiã diurni iubaris applicatio cum ignis intimi lumine manifeſtat ſine Solis effulsiõe nihil videri. Deniq; poſtq̃ in nocté inquit diſceſſerit cognatus ignis: deſertum eius auxilio lumen intimũ remanet otioſum, nullã habẽs cũ proximo tũc aere naturę cõmunicationem, videreq; deſinit fractum illecebra ſomni. Obductis quippe palpebris, quarũ tegmen ſalubre oculorum auxiliũ dixit eſſe, vis illa ignis intimi coercetur, compreſſaq; fundit ſe per mẽbra. Quo pacto intimorum motuum relaxatur intentio in ſoporã quietem minime tunc interpellante mentem viſus inquietudine.

Cũq; erit altior, inquit, quies craſſiore facto naturali ſpiritu, nihil, aut leue quiddam incertumq; & perfunctoriũ ſomniamus. Sin erũt inſignes reliquię commotionũ animi, cuiuſmodi erunt, & quibus in locis, talia viſuũ ſimulacra naſcentur preſſa, & ob inſigne imaginũ diu penes memoriã reſidentia. Sunt porro reliquię cõmotionum vel ex modeſtis vel ex intemperantibus, interdumq; ſapiẽtibus, interdumq; ſtolidis cogitationibus ſedatę, vel ad iracundiã incitatę, proq; locis, vt in capite vbi eſt ſedes domiciliumq; rationis, vel in corde in quo dominatur virilis ille indignationis vigor: vel in iecore ſubterq; dimiſſa porro hęc omnis regio libidinis. Et quoniã tractatum incurrimus ſomniorum: de quo varie ſenſerunt veteres: fiat earum quę in honore ſunt opinionũ cõmemoratio. Ariſtoteles: vt q dei prouidentiã vſq; ad Lunę regionẽ progredi cenſeat: infrã vero, neq; prouidẽtię ſcitis regi: nec angelorum ope cõſultiſq; ſuſtentari: nec vero dęmonum ꝓſpiciẽtiã putet interuenire: propereaq; tollat omnem diuinationẽ: negetq; pręnoſci futura: vnũ genus ſomniorum admittit atq; approbat: quod ex his quę vigilan-

tes agimus,aut cogitamus,reſidés in memoria mouet interpellatq; per quietem
geſtarum deliberatarumq; rerum conſcias animas.Nec errat.Eſt etiam hęc pro-
genies ſomniorum:ſed non ſola,vt Ariſtoteles putat.Multa quidé incognita ino- Sõnia de
pinataq;:neq; vnq̃ tentata animis ſomniamus:quoties proueniſſe vſpiam ſignifi- nõ puiſis.
cantur:quæ nondũ ſcientię fama conciliauerit,vel futura portenduntur quę nõ
dũ ꝓuenerint. Sed hic ſuo quodã more pleni ꝑfectiq; dogmatis electo quid viſũ Ariſtote-
ſit:cętera faſtidioſa incuria negligit.Heraclitus vero conſentientibus Stoicis ra- lem taxat
tionem noſtrã cum diuina ratione connectit, regente ac moderante mũdana ꝓ-
pter inſeparabilem comitatũ:conſciam decreti rationabilis factam quieſcentibꝰ
animis opere ſenſuum futura denũciare.Ex quo fieri vt appareãt imagines igno-
torum locorum:ſimulacraq; hominũ tam viuentium q̃ mortuorũ.Idemq; aſſerit
diuinationis vſum:& pręmoneri meritos inſtruentibus diuinis poteſtatibus.Hi
quoq; parte ſunt abutentes ſententię pro ſolida perfectaq; ſcientia.

Sunr qui noſtrũ intellectum peruolitare conuexa mundi putent: miſcereq; ſe
diuinæ menti quam gręci νοῦν vocant: & velut ex maiore diſciplina minuſcu-
las ſcientias mutuatas:quę ſumma & eminens imaginetur mens,nunciare men- Sõnia nõ
tibus noſtris, inuitante ad cœtũ animę nocturnę ſolitudinis opportunitate.Sed oia a Deo
cũ pleraq; non inreligioſa modo.verũ etiã impia ſõniemus, quę imaginari ſum-
mam eximiamq; intelligentiã ſiue mentem ſeu prouidentiam,fas non ſit putare:
falſam eſſe hanc opinionem hominũ liquet.Sed Plato magna dilĩgẽtia ſummaq;
cura diſcuſſis penitus latibulis quęſtionis:vidit atq; aſſecutus eſt, non vnam ſo-
mniorum eſſe genituram.Gignitur quippe ex reliquiis cogitationũ, & acciden- Plato de
tis alicuius rei ſtimulo:vt in nono Politię libro docet oratione tali.Inutiles mini- ſomniis.
meq; neceſſarię cupiditates,quæ aduerſantur legibus,videntur mihi oim quidé
hoim ꝓmiſce labefactare mẽtes. Quędam tñ earum tam caſtigatione legũ q̃ ſo-
briis & melioribus rectę voluptatibꝰ:vel omnino exoleſcere:vel in paucas admo-
dum ac exiles attenuatę reliquias otioſæ latere.Porro alię vſq; ad pręcipitẽ amẽ-
tiam cõfirmari:quę ſe exerunt immanius per quietem,quoties ratione ſopita, q̃
eſt rector manſuetiſſimus, cætera pars animi agreſtior immani quadam ebrieta-
te luxurians, pulſa quiete pergit ad inceſtas libidines. Tũc quippe nihil eſt quod
non audeat,velut ſoluta & libera honeſtatis verecundięq; pręceptis.Nãq; mater-
nos vt putat amplexus cõcubituſq; non expaueſcit:nec quẽq; dubitat laceſſere vĩ
hominũ vel deorum:nec ab vlla ſibi videtur cęde aut flagitio tẽperare. Cõtra cũ
erit in ſalubri ſtatu,poſita caſteq; cubitum ibit,rationabili quidem mentis indu-
ſtria vigiliis imperatis:eaq; †parta ſapiẽti virtutis indagine,atq; etiã libidine mã- † paſta
ſuefacta, vt neq; de inopia queri poſſit:nec expletiõe nimia grauetur:vtraq; mo-
dũ mœrẽs,vel geſtiẽs tumultuetur:impediatq; prudentiã:ſed pura vitiis ratione
opus proprium efficere in ratiocinãdo atq; indagine veritatis inſtituat: nihiloq;
minus iracundia delinita & minime ſęuiente dormiat: tum certe rationabilis a-
nimę pars nullis ſibi obſtrepẽtibus libidinis aut iracundię vitiis ꝑueniet ad in-
daginẽ veri: quę eſt ſyncera prudentia:nec vlla exiſtet ſpecies nefaria ſomniorũ.
Quippe in his perfecte docuit qđ perfunctorie poſuit in Timæo. At vero ſo- Somnia
mniorũ quę diuina prouidẽtia vel cœleſtium poteſtatum amore iuxta hoies ob- a Deo.
oriuntur,cauſam rationemq; expoſuit in eo libro qui φιλόσοφος inſcribitur.Ait
enim diuinas poteſtates conſulere nobis quoties per quietem ea quæ grata ſunt

Deo intimāt veris minimeq; fallacibus viſis.Earūq; miram quādā eſſe dicit memorię tenacitatē:dignitatiq; & diuinitati congruam ſapientiā.Quibus cum cogitationes hominū perſpicuę ſint,conſequēter amorē bonis,odiū malis exhiberi. Probationēq; affert de exemplis illuſtribus mutuatā:vt in eo libro quē appellauit Critonē,pręſagit Socrates prouentum imminentem,regente ſomnium relatione.Viſa eſt mihi quędam inquit mulier eximia venuſtate etiam candida veſte nomine me appellaſſe,dixiſſeq; illud Homericum.

Terna luce petes Phthię pręfertilis arua.

Ruſus in Phędrone. Sępenumero vnū & idem mihi ſomniū aduentans in alia atq; alia forma iubebat me nauare operā muſicę. Id ego nūc viſu & neceſſitate moriendi admonitus interp̄tor hactenꝰ,vt hymnū quē iādudum inſtitueram in

Muſicę cōſanguinea poetica.

Apollinē cōpleā:ne ꝓmiſſi debitor & voti reus vitā prius finiā.Muſicę qppe cōſanguineā eſſe poeticā palā eſt oībus.Socratē vero hęc euidenter ſolitū ſomniare arbitror, ex eo ꝙ tam corporis q̄ animę puritate, totum eius animal vigeret. Deniq; etiam vigilanti nō deerat propitia diuinitas:quę eiuſdē moderaret̄ actꝰ

Socratis numen vox.

vt Plato demōſtrat ī Euthydemo ita dicēs.Eſt ab ineūte ętate numē mihi comes quoddā,idq; vox eſt:quę cū ad aīm ſenſumq; meū cōmeat, ſignificat ab eo quod agere ꝓpoſui tēperādū.hortat̄ vero ad nullū actū.Atq; etiā ſi quis familiaris vti meo cōſilio volet aliquid acturꝰ:hoc quoq; agi prohibet. Quarū quidem rerū & ſignificationū fides certa eſt.Eget eñ imbecilla hoīm natura ꝑſidio melioris pręſtantioriſq; naturæ:vt idem aſſeruit ſupra.

Vox Socrati familiaris.

Vox porro illa quam Socrates ſentiebat,non erat(opinor)talis,quę aere icto ſonaret:ſed quę ob egregiā caſtimoniā terſe proptereaq; intelligentiori animę præſentiam cœtūq; ſolitæ diuinitatis reuelaret.Siquidem pura puris cōtigua eſſe miſceriq; fas ſit.Atq; vt in ſomnis audire nobis videmur voces ſermonūq; expreſſa verba: nec tamen illa vox eſt: ſed vocis officiū imitans ſignificatio:ſic vigilantis Socratis mens pręſentiā diuinitatis ſigni ꝑſpicui notatione augurabat̄. Nec vero dubitare fas eſt intelligibilē Deū ꝓ bonitate naturę ſuæ rebus oībus cōſulētē opē generi hoīm ꝙ nulla eſſet ſibi cū corpore cōciliatio,diuinarū poteſtatū interpoſitiōe ferre voluiſſe. Quarū quidē beneficia ſatis clara ſunt ex prodigiis et diuinatiōe nocturna ſomniorū,vel

† pręſciarū motibus.

diurna fama † ꝑſcia rumoribꝰ ventilante: medelis quoq; aduerſum morbos intimatis, & prophetarum inſpiratiōe veridica.Multiformis igitur eſt ratio ſomniorum.Siquidem ſunt quæ velut grauius percuſſa verberataq; mente veſtigiis doloris penitus inſignitis per quietem refouent imagines præteritæ conſternationis.Sunt item quæ iuxta cogitationes ratiōabilis animę partis vel purę atq; immunis a perturbatione,vel in paſſionibus poſitæ oboriūtur:nihiloq; minus q̄ diuinis poteſtatibus conſulentibus pręmōſtrantur,vel etiam pœnę loco ob delictū

Sōnium. Viſum. Admonitio. Spectaculum. Reuelatio

aliquod formata in atrocem et horridam faciem. Conſentit huic Platonico dogmati hebraica philoſophia.Appellāt quippe illi varie: vt ſomnium:& itē viſum: tum admonitionem,etiam ſpectaculum,nihiloq; minus reuelationem.Somnium quidem quod ex reliquiis commotionum animæ diximus aboriri. Viſum vero qđ ex diuina virtute legatur. Admonitionem cum angelicæ bonitatis conſiliis regimur atq; admonemur. Spectaculum vt cum vigilantibus offert ſe videndam cœleſtis poteſtas, clare iubens quid aut prohibens forma et voce mirabili.Reuelationem, quoties ignorantibus ſortem futuram imminentis exitus ſe-

creta panduntur.De ſomniis ſatis dictum:ſermo nunc ipſe eſt conſiderandus.

At vero ſimulacrorum inquit,quæ in ſpeculis oboriũtur.Docet nunc aliam vi-
ſus rationẽ,quę intuitio dicitur, intra ſpeculum vel ſtagnorũ ꝓfundum ſimula-
cris reſultantibus:nec tamen eodem quo Ariſtoteles magiſterio. Nanq; ille cen-
ſet radii viſualis impactu in ſolidam ſpeculi ſuperficiẽ,ꝓptereaq; infracti mucro-
nem ad os reuerti:obuiumq; vultui factum vultum ſuũ cernere:& in ſpeculo pu-
tare ſibi vultus apparere ſimulacrũ.At vero Plato pro ingenii prudentięq; diui-
nitate duum luminũ cœtum confluẽtium in terſam ſpeculi & ſolidã cutem,ideſt
diurni luminis & intimi,qđ per oculos fluit, trahentis ſecum de vultu manãtem
colorem in ſpeculo corporali coloratiſq; vultus liniamẽtis, & formato ac delinia-
to colore ſimulacrũ æmulum vultus adumbrari.Sic quippe loquitur. At vero ſi-
mulacrorum quæ in ſpeculis oboriuntur facilis aſſecutio eſt. Siquidem vtriuſq;
ignis tam intimi q̃ extra poſiti: concurſu intimi.ſ.coloris extrapoſiti luminis in-
cidentis in terſam aliquam lęuẽq; materiam:hoc eſt ſpeculum: formatiq; in mul-
tas & varias figuras:quæ ad ſe formata ſpecula diuerſas edunt imagines, ſimu-
lacra inquit ex lęuigati corporis conſpectu reſultant. Dexterę porro partes quę
ſunt ſiniſtrę:videtur.Agit nunc de immutatione viſus: & quia ſpecula quędam
facta ſunt ad ſimilitudinem dimidiatę ſphęrę cõcaua:ſi ad eam partem q̃ vmbo
nis habet tumorẽ contemplatio dirigatur,dexterę partes ſiniſtrę videbuntur:cõ
traq; item oculi dextri contemplatio lęuas ſimulacri partes,ſiniſtriq; item acies
dextras tangent inſolito more.Merito.Cum enim in directum rigorem vtriuſq;
oculi viſus ferantur,erat conſequens dexterioris viſus directione partes dexteras
tangi:ſiniſtriq; item ſiniſtras.Nunc fit contra velut circũactis & e diuerſo conſi-
ſtẽtibus imaginib9.❡At vero dexterę partes corporis dexterę ita vt ſunt in ſpe
culis quoq;.Perſequitur aliud duplicis imaginationis genus. quod apparet in iis
ſpeculis quæ facta ſunt ad formã cylindri cauis ſiue imbricis. Rurſum enim cũ
in directũ rigorẽ vtriuſq; oculi viſus ferant̃,dexter viſus,dexterũ latus eminẽs et
obliquũ:ſiniſter etiam ſiniſtrum tale latus incurrant,neceſſe eſt.Formę tunc in la
teribus geminis conglobatę ob terſam & inclinatã ꝓptereaq; lubricam vtriuſq;
lateris ſuperficiem labuntur in latera diuerſa: quę quidẽ ad dexteram viſu naſci-
tur in ſiniſtrum latus:quę vero a ſiniſtro ſimiliter in dextrum.Quę quia in diuer
ſa latera tranſitum faciunt: & ſimul e diuerſo videntur conſiſtere,dexteras ſimu-
lacrorũ partes dextris noſtris,ſiniſtras item ſiniſtris obuias exhibent. Cæteros
errores videndi ab hoc iuniores philoſophi mutuati expoſuerunt ita vt ſupra cõ
pręhenſum eſt.Deinde proſequitur.

Viſus in-
tra ſpecu-
lum aut
ſtagnum.

Qui quidem ſenſus famulantur actibus opificis Dei, ſummã optimãq; & pri-
mariam ſpeciem molientis.Quia cum de viſu loqueretur:qui eſt optim9 oĩm ſen
ſuum:corporeis eum noĩbus appellauerat:modo ignem,modo lumen, interdum
flammam cognominans:ne quis putaret ſe ita exiſtimare quaſi corporeis opifi-
ciis ſenſus adminiſtrentur ſine melioris incorporeę potentiæ conſortio:dicit hoſ
ipſos ſenſus famulari diuinis actibus: perinde vt opifici famulantur organa.Por
ro optimũ Dei opus eſt id quod intelligit. Sed opinari plęroſq; dicit, eos videli-
cet qui exiſtimãt nihil eſſe qđ carẽs corpore quicq̃ patiatur aut faciat: nihil etiã
incorporeũ eſſe cui pareat famuleturq; corpus:vtputa mentis intellectui animę
naturę:ſed ipſa corpora qualitatibus propriis rerum creare diuerſitatem:frigus

quidẽ terrã & aquã,calorem vero ignem & aera. Rurſum adſtrictionẽ quidẽ & duritiã terrã & ignẽ:relaxationẽ vero & effuſionẽ aera,& aquã.Igneãq; vim contraria molientẽ ꝑ corporũ diuerſitate, modo adſtringentem, modo relaxantem: vt cũ vno & eodem calore limus quidem dureſcit:cera vero liqueſcit.Hęc porro omnia inquit neq; ſentiunt,nec rationem intellectumq; in rebus ratione prudentiaq; agendis ſciunt.Pręclare. Siquidẽ ratiocinari aut intelligere nõ corporis ſed animę proprium.hęc porro incorporea:non enim videtur,cum omne corpus ſit viſibile ac ſentiatur.Itaq; cum diſcreta ſint corpus & anima, diuerſaq; eorũ natura ſit: dignitas quoq; & ordo diuerſus eſt. Quotuſquiſq; igitur amator eſt ſapientię,dabit operã vt prudentis naturę cauſas priusq̃ cęteras aſſequatur.Sunt porro hę,deliberatiua,& item intelligens animę potentia:quibus deliberat,ratiocinatur,intelligit.Illas vero iquit quę ab aliis motę mouẽt alias, ſecũdas exiſtimãdum. Perſpicue patibilẽ partẽ ratiõabilis animæ vitioſamq; ſignificat:in qua eſt q̃ppe impetus.Principaliter quidẽ ab ea parte animę mouet:quæ motu intimo genuinoq; ex ſemetipſa mouetur,ex accidenti vero etiã deſideriis mouẽtibus. Ipſe autem impetus mouet corpus.Itaq; principalis animę mot⁹ definitur ꝉ ęterna ſubſtantia, ſemetipſam mouens.Hic vero cõmunis, qui cõmotus mouet,operatio mouentis eſt in eo q̃d mouetur.vt ſectio operatio ſecantis in eo quod ſecatur. Cuius quidẽ motus aliquot diuerſitates ſunt:quas demõſtrauit in Legibus:octo corporis:a̅ię duas. Corporeũ motũ,localẽ vocãs:cuius duę ſunt ſpecies, trãſlatio & circũlatio.Item aliũ quẽ appellat qualitatem: atq; in duplici ſpecie, concretione & diſcretiõe.Tertiũ quẽ poſitũ eſſe dicit in quãtitate habẽtẽ duas ſpecies, incrementũ,& itẽ diminutionẽ.Quartũ iuxta eſſentiam,cuius ęque duæ ſpecies intelligũtur,vna generatio,altera interitus.Animę item duplex motus, vnus qui alia mouet:ipſe a nullo mouetur: ſed ꝓprio genuinoq; motu.Ali⁹ qui alia mouẽs ab alio mouetur, qui eſt patibilis habitus animę & ęgritudine oppreſſus.Recte igitur faciat amator ſapientię:ſi cũ de his rebus tractandũ erit, naturalẽ ordinẽ ſeruet,ac principe loco de aĩa diſſerat,poſt demũ de corpore. Deĩde cũ de anima tractabit:de illa pri⁹ diſſerat,quę tam ſemetipſam mouet q̃ cętera, in qua eſt vis deliberandi & intelligendi: tunc conſequenter illam quoq; tractabit quę ab alia re potiore mota quędã mouet.Id porro motus genus ſi quidẽ pareat intellectui erit aliquatenus ordinatũ:ſi minus,temere inquit & vt libet ſe exerens, cõfuſa & inordinata quę agit relinquit. & addit.Nobis quoq; igitur in eundẽ modum faciendũ:ac prius de ea loquendũ natura quę ſuo motu mouetur:hæc quidẽ pręcedit ordine:per quã intelliguntur & ſciuntur ęterna:quę ſola ſemperq; vere ſunt. Tunc demum illa quoq; alia demonſtranda:quę ad mouendũ quid,motu indiget alieno.Vtriq; porro motui ſenſus neceſſarii ſũt:quoniam ex his tam cupiditates excitantur improbæ,q̃ rerum optimarum intellectus & ſcientia conualeſcit.

Et de oculorũ quidẽ miniſterio ſatis dictũ eſt. Nũc de pręcipua operis eorum vtilitate dicendũ.Quę cũ in pleriſq; rebus,tum in obtentu philoſophię clare perſpicitur:quo beneficio negat quicq; maius a Deo eſſe generi humano tributum. Duplex nãq; totius philoſophię ſpectatur officiũ,conſideratio & item actus. Cõſideratio quidẽ ob aſſiduã cõtẽplatiõnẽ diuinarũ rerum & immortaliũ noĩata. Actus vero qui iuxta rationabilis animę deliberationẽ progreditur in tuẽdis cõſeruandiſq; rebus mortalibus.Vtroq; autem officiorũ generi viſus eſt neceſſari⁹

Aĩę mot⁹ ꝉ externa

Motus corporei ſpecies octo.
Aiæ duę

Cõſideratio
Actus
Viſus bona.

Cõſidera-tionis di-uiſio.
ac primũ cõſiderationi.Diuiditur porro hęc trifariã in theologiam,& itẽ naturę
ſciſcitationem,prętandeq; etiã rationis ſcientiã.Neq; enim quiſq̃ deũ quęreret,
aut ad pietatẽ aſpiraret,qđ eſt theologiæ proprium:nec vero id ipſum qđ nunc
agimus agendũ putaret:niſi prius cœlo ſideribuſq; viſis:&·amore nutrito ſciẽdi
rerũ cauſas,eorũ etiã quę ortũ habẽt tẽporariũ exordia.Hęc quippe demum ad
naturalẽ pertinẽt quęſtionẽ.Quid'ꝙ dierũ & noctiũ vice cõſiderata mẽſes & an
ni & horarũ curricula dinumerata ſunt,numeriq; ortꝰ et genitura dimẽſionis in
trodata:quod ad tertiã partẽ philoſophiæ ꝑtinere perſpicuũ eſt. At vero actuo-
ſæ philoſophiæ viſus quatenus ſit vtilis & neceſſarius,docet ita,dicens.Deũ ocu
los hoibus,idcirco dediſſe:vt mentis prouidentiæq; circuitus qui fiunt in cœlo
notantes,eorum ſimiles cõſtituerẽt in ſuis mẽtibus.hoc eſt motus animi,qui de-
†corre-ptio
liberationes vocantur,q̃ ſimillimos inſtituerent diuinę mẽtis prouidis motibus
placidis tranquilliſq;,perturbatos licet:qđ eſt morũ vitęq;†correctio,quę publice
priuatimq; prodeſt,tam ad domeſticas,q̃ ad publicas res recte ſalubriterq; admi
Actuoſę philoſo-phię diui ſio.
niſtrandas.Ex his quippe cõſtat tertium philoſophiæ genus quod actuoſum vo-
catur.Id porro diuiditur trifariam,in moralem,domeſticã,publicam.Quibus oi-
bus officiis prodeſt certus vſus videndi.Minora inquit alia pretereo,ſcilicet ea q̃
in variis artibus diſciplinisq; verſantur.Neq; enim nauium regimen:neq; cultus
agrorum:nec vero pingendi fingẽdiq; ſollertia recte ſine viſu proprium efficere
opus poſſet:ſolaq; contemplatio eſt:quæ mentes hominũ vſq; ad cœli cõuexa ꝑ-
telat.Proptereaq; Anaxagoras cum ab eo quęreretur, cur natus eſſet:oſtẽſo cœ-
Viſus Deus.
lo ſideribuſq; monſtratis, reſpondiſſe fertur: Ad horum omnium contemplatio-
nem.At vero Stoici Deum viſum vocantes, ꝙ optimum putabant. Id enim pul
Viſus forma.
chro dei nomine tribuendum eſſe dixerunt. Theophraſtus viſus pulchritudinẽ
aſſerens viſum formę noie appellat: ꝙ quorum extincta eſt acies videndi,vultus
† habitus
informes ſint:& velut in æterna conſternatiõe.Deniq; ex oculorum habitu mẽs
atq; †animꝰ indicatur iraſcentiũ,mœrentiũ,lętantiũ.Iraſcentium' quidẽ vt apud
Homerũ cõmotę mentis orator Stabat acerba tuẽs defixo lumine terrę. & itẽ.
†Mœrore q; lumina liquat.
Furor ignea lumina voluit.Mœrentiũ vero infert poeta de eo qui iugi fletu ocu
los amiſerat.†Mœrorẽ lumina linquunt.Item apud Ciceronem.In huius amantiſ
ſimi fratris ſui gremio mœrore & lachrymis conſeneſcebat.Tranſit deinde ad al
terius ſenſus examinationem.Ait enim.

Eadẽ vocis quoq; & auditus ratio eſt,ad eoſdẽ vſus,atq; ad plenã vitę hominũ
inſtructionem datorum. Sunt igitur principales duo ſenſus: viſus, & auditus:
vtriq; philoſophiã adiuuantes.Quorum alter quidem euidentior: vtpote qui res
Auditus
ipſas acie ſua cõpręhẽdat: alter latior: ideo ꝙ etiã de rebus abſentibus inſtruat.
Modulatus ſiquidem aer articulatę voci factuſq; vox & intelligibilis oratio per-
git ad intimos ſenſus audientis intellectui nuncians tam præſentia q̃ abſentia.
Aiæ con-ſtitutio.
Idem auditus ꝙ intellectum quoq; adiuuet ſic probat.Quantumq; per vocẽ vti-
litatis capitur,ex muſica totũ hoc conſtat hominũ generi ꝑpter harmoniã tribu
tum. Quia iuxta rationem harmonicã animam in ſuperioribus ędificauerat:na
turaleſq; eius actus rhythmis modiſq; conſtare dixerat:ſed hęc exoleſcere animę
ob cõſortium corporis neceſſario obtinente obliuione: ꝑptereaq; immodulatas
Muſica diuina.
eſſe animas plurimorum: Medelam huius vitii dicit eſſe in muſica poſitam: non
in ea qua vulgus delectatur:quęq; ad voluptatem facta excitat vitia nõnunq̃:ſed

in illa diuina quæ nunq̃ a ratione atq; intelligentia ſeparatur. Hãc ęnim ceſſet ex-
Sympho nia morũ Iuſtitia. orbitantes animas a via recta, reuocare, demũ ad ſymphoniã veterem. Optima
porro ſymphonia eſt in moribus noſtris Iuſtitia, virtutum omnium principalis,
per quã cæterę quoq; virtutes ſuum munus atq; opus exequuntur. Vt ratio qui
dem dux ſit: vigor vero intimus qui eſt iracundię ſimilis, auxiliatorem volens ſe
rationi prębeat. Porro hæc ſine modulatione ꝓuenire nõ poſſunt. Modulatio de-
mum ſine ſymphonia nulla ſit. Ipſa ſymphonia ſequitur muſicam. Proculdubio
muſica exornat aĩam rationabiliter ad antiquam naturam reuocans, & efficiens
talem demum qualem initio deus opifex eam fecerat. Tota porro muſica in vo-
ce & auditu & ſonis poſita eſt. Vtilis ergo etiam iſte ſenſus eſt aſſecutiõi totius
philoſophię ad notationem intelligibilis rei. Deinde ait.

Nunc quoniã cuncta exceptis admodum paucis exſecuti ſumus quæ prouidę
mentis intellectus inſtituit: oportet etiam de illis quæ neceſſitas inuehit, dicere.
Mundi ſenſilis explanaturus omnem ſubſtantiam iure cõmemorat prope oĩa ſe
pertractaſſe quę prouida mens Dei contulerit efficiens eum ad exemplũ & ſimi
litudinẽ intelligibilis mundi, ſolũq; reſiduũ ſupereſſe tractatũ, ex quo ea quę ne-
ceſſitas inuexit conſiderent, quãdo prouidis neceſſariiſq; rationibus mundi vni-
uerſitas cõſtare videat. Neceſſitatẽ porro nũc appellat, ὕλην quã nos latine ſyluã
poſſumus noiare: ex qua eſt rerum vniuerſitas, eademq; patibilis natura: quippe
ſubiecta corpori principaliter, in qua qualitates & quantitates & omnia quę ac-
cidunt, ꝓueniunt. Quę cum a natura propria non recedat: diuerſis tamen & con
trariis ſpeciebus eorum quæ intra ſe recipit, formiſq; variatur. Hanc ergo expla
nare propoſuit, dicturus deinceps rationem ob quã neceſſe fuerit tractatum hũc
Gñatio mixta. minime pręteriri. Deniq; addidit. Mixta ſiquidem mundi ſenſilis ex neceſſitatis
intelligentięq; cœtu cõſtitit generatio. Quia igitur de mũdi generatione tractat
perfecteq; id fieri cõuenit, oportet de vtroq; genere diſſeri: ex quo de natura ſyl-
uæ neceſſarius eſſe tractatus oſtenditur. Mixtam vero generationem dicit eſſe
ideo ꝙ ex diuerſis elemẽtis ꝓmiſce cõſtet. Recteq; ex neceſſitate & prouidentia.
Non enim ex his mixtus eſt mundus: ſed conſultis prouidę mentis & neceſſita-
tis rationibus cõſtitit, operante quidẽ ꝓuidẽtia & agẽte: ſylua vero perpetiente
exornationiq; ſe facilẽ. Prębente: penetratã ſiquidem eam vſq;quaq; diuina mens
format plene, non vt artes formã tribuentes in ſola ſuperficie: ſed perinde vt na-
tura atq; anima ſolida corpora permeantes vniuerſa viuificant. Dehinc cõſequẽ-
ter intelligentię neceſſitatiſq; demonſtrat cõſortiũ cum ita dicit: Dominante in-
Dñatio duplex. tellectu. Duplex porro eſt dominatio: altera violentior, tyrannicę potentię ſimilis
Item alia ſanctitatis imperatoriæ. Omne porro violentũ non diu ſubiectum con
ſeruat: ſed facile perdit. Omne inquit qđ rationabiliter etiam regit et tuetur, pro
deſt & melius efficit qđ regit. Vt igitur mundus ęternus eſſet: oportuit ſyluam
ei morigeram parentemq; ſubdi: nec aduerſum exornationem ſuam reſiſten-
tem: ſed ita victã: vt maieſtati opificis libens cedat, pareatq; eius ſapiẽtię. ꝓpter
ea dixit: Salubri perſuaſione rigorem neceſſitatis aſſiduæ trahente ad optimos
actus. Itaq; victa inquit & parente prouidis auctoritatibus neceſſitate: primarũ
Parentia duplex. rerum mundiq; exordia cõſtiterunt. Quia eſt & alia minus cõſulta parentia, quæ
error & facilitas dicitur: vt ſit prouida parentia ratione nixa neceſſitas. Et opus
Dei tale eſt: vt vi perſuadeat, vimq; irroget ꝑſuadẽtẽ: hoc eſt vt perſuaſio vim, &

adhibeat perſuaſionem. Id porro perſpicitur in ęgritudinibus virorum pruden-
tium: cũ prębent ſe medicis vrendos & ſecandos. Deinde ꝓgreditur. Si quis igi
tur vere iuxtaq; meram fidem mundi huius inſtitutionem inſinuaturus erit, hũc
oportet erraticę quoq; cauſę ſpeciem demonſtrare. Rurſum alio ſyluam erroris
nomine appellat, propter inordinatam eius antiquam iactationem, ſimiliter vt
neceſſitatem, propterea ꝙ non eſt principalis cauſa mundi conſtitutionis in
ſylua: ſed neceſſe fuerat adſciſci eam ob ſubſtantiam corporalem. Eſt quippe ſyl-
ua perinde vt ſunt ea ſine quibus quod inſtitutũ eſt effici non poteſt. Facto igit̃
recurſu redit ad indaginẽ initiorum, & incipit ex eo tẽpore qđ præcedit ortum
generationemq; mundi. Quęrit quoq; naturã ignis ſynceri & ſine permixtione
qualitatem quoq; eius, & paſſionẽ: nec ſolius ignis: ſed cęterorũ quoq; corporũ
ſerenorũ: nec vlla contagione interpolatorum. Omnes quippe qui de originibus
tractauerunt, vniuerſæ rei quatuor ſunt materias exſecuti has: quæ concretione
mutua ex maioris atq; obtinentis materię vocabulo cognominatæ ſunt. Quate-
nus porro eædem materiæ: & ex quibus antiquioribus ſubſtiterint: nemo vſq;
adhuc dixerat: ſed tanq̃ ſcientibus naturam ſynceritatemq; earum, ignẽ, & aera,
& aquam, & terram, velut elementa mundi ſenſilis eſſe dixerũt: quę ne in ſyllaba-
rum quidẽ ordinẽ locanda ſunt. Quia ſermonis elementa literę ſunt, poſt quas ſe
cũdi ordinis ſyllabę. Recte dixit quatuor hæc mundana corpora ne in ſyllabarũ
quidem ordinem collocanda. Quippe primum elementum vniuerſæ rei, ſylua eſt
& informis & ſine qualitate: quam vt ſit mundus format intelligibilis ſpecies. Ex
quibus, ſylua videlicet & ſpecie, ignis purus & intelligibilis cętereq; ſyncerę ſub
ſtantię quatuor. E quibus demum hę materiæ ſenſiles, igneę, aquatiles, terrenę, &
aereæ. Ignis porro purus & cęterę ſyncerę intelligibileſq; ſubſtantię ſpecies ſunt
exẽplaria corporũ Ideę cognominatę. Quarũ ad præſens differt examinationẽ:
nec quęrit vna ne ſit archetypa ſpecies eorum q̃ ſunt cõis oim̃, an innumerabiles
& pro rerũ exiſtentiũ numero: quarum cœtu & cõgregatione cõcreuerit vniuer
ſa moles: † an vero ideę vnũ pariter & multa † ſint, vt docuit in Parmenide. Quæ † At vero
cauſa declinandi fuit non laborem: ſed ne inſtituto ſermoni minime conueniens idem
tractatus admiſceatur. Hæc quippe naturalis, illa epoptica diſputatio eſt. Natu- † ſunt
ralis quidem, vt imago nutãs aliquatenus & in veriſimili quadã ſtabilitate contẽ
ta. Epoptica vero, quæ ex ſynceriſſimę rerum ſcientiæ fonte manat.

Deũ igitur inquit etiam nunc liberatorẽ inuoco. Ex turbida & procelloſa ſer-
monis iactatione laborat omnino, & id agit vt inſtituamur ad pietatem vene-
rationẽq; diuinitatis, cuius opem † implorat ingrediẽs procelloſum de natura ſyl † exorat
uæ fretum, propter nouum atq; inſolitum etiam tunc, diſputationis genus.
Rurſum igitur ab exordio dicamus, inquit. Merito. Iam enim de vtraq; ori-
gine tam exemplari q̃ corporea tractauerat: concedens ſenſilẽ mundum ex hiſdẽ
ſubſtitiſſe. Quippe id qđ gignitur & perit, nec vere ſemperq; eſt, corporea ſpeci-
es eſt. Quæ quidẽ corpora ſola & ꝑ ſe ac ſine ſuſcipiẽte ex eadẽ eſſentia, eſſentia
eſſe nõ poſſunt. Quam modo matrem: alias nutriculam: interdum totius genera
tionis gremium: nonnunq̃ locum appellat. Quãq; iuniores ὕλην, nos ſyluam vo- Hyle
camus. Vt quod deerat adderet, hunc de ſylua tractatum initiorum tractatui Sylua
iungit: poſterioremq; diuiſionem ait operoſius eſſe ordinandam. Tunc quip-

pe res omnis in duo fuerat initia diuiſa. Quorũ alterum intelligibilis erat ſpecies,
quam mundi opifex Deus mente concepit, eãq; ἰδέαν cognominauit Plato. Al-
terum imago eius, quæ natura eſt corporis. Porro corpora ſi per ſeipſa ſpecten-
tur, perfectam videbuntur habere ſubſtantiam: ſed ſi ad originem eorũ conuer-
tis mentis intentionem, inuenies cuncta & eorum ſcatebras ſyluæ gremio conti
neri. Tunc ergo compendio principalibus materiis quatuor ſumptis, exædifi-
cauerat ſermone mundum. Sed quia philoſophi erat propriũ: cuncta quę ad cau
ſam pertinent ſumma cura mentis & diligentiori indagine peragrare: ratio por-
ro aſſerit ſubiacere corporum diuerſitati ſyluæ capacitatem: recte rationabili-
terq; cenſuit hanc ipſam rationem trahendam vſq; ad intelligentiæ lucẽ. Diffici-
le opus omnino vel aſſequi: longe tamen difficilius declarare ac docere. Talis
quippe natura eſt initiorum, quæ neq; exẽplis demonſtrari, nondum his quę ad
exemplum comparentur exiſtentibus, poſſit: nec ex præcedenti ratione aliqua
intimari. Nihil quippe origine antiquius. Sed obſcura quadam luminis pręſum
ptione: non vt quid ſit explices: ſed contra ſublatis quæ ſunt ſingulis, qͩ ſolum
remanet, ipſum eſſe quod quęritur, intelligendum relinquas. hoc eſt vt vniuerſis
corporibus quæ intra gremium ſyluæ varie varia formantur, mutua ex alio in
aliud reſolutione ſingillatim ademptis, ſolum ipſum vacuum ſinum ſpeculatione
mentis imagineris. Qua ratione factum: vt cum nullus eam veterum dubitet
eſſe: vtrum tamen facta, an contra infecta ſit, diſceptetur. Eorumq; ipſorum qui
infectã ſine gñatione poſuerunt, plęriq; continuam & iugem: alii vero diuiſam
putent. Rurſumq; eorũ qui diuiduam eſſe cenſent, partim ſine qualitate & infor
mem, partim formatam eſſe pronuncient. Hi vero qui iugem continuamq; po-
ſuerunt, diſceptent inter ſe de qualitatibus formaq; eorum quæ ibidem confor-
mantur, & omnium quę hiſdem accidunt: vtrum ex ſylua proueniant: an ex alio
Principii potiore numine accommodentur. Quorum breuiter perſtringentur opiniones.
ſeu initiũ Hebręi ſyluam generatam eſſe cõfitent. quorum ſapiẽtiſſimus Moyſes non hu
principa- mana facundia, ſed diuina, vt ferunt, inſpiratiõe vegetatus in eo libro qui de ge-
lis teſti- nitura mundi cenſetur, ab exordio ſic eſt profatus iuxta interpretationẽ ſeptua-
monia. ginta prudentium. Initio Deus fecit cœlum & terram. Terra autem erat inui-
ſibilis & incompta. Vt vero ait Aquila: Caput rerũ cõdidit Deus cœlum & ter-
ram. Terra porro inanis erat, & nihil. Vel vt Symmachus: Ab exordio condidit
Deus cœlum & terram. Terra porro fuit otioſum quid confuſumq; & inordi-
natum. Sed Origenes aſſeuerat ita ſibi ab Hebręis eſſe perſuaſum, ꝗ in aliquã-
tum ſit a vera proprietate deriuata interpretatio. Fuiſſe enim in exemplari. Ter
ra autem ſtupida quadam erat admiratione. Omnia tamen hæc in vnum aiunt
concurrere: vt & generata ſit ea quæ ſubiecta eſt vniuerſo corpori ſylua, ſermo-
Initium neſq; ipſos ſic interpretantur. Initium minime temporarium dici. Neq; enim vl-
lum tempus fuiſſe ante mundi exornationem, dieiq; & nocturnas vices: quibus
Initii ſi- temporis ſpatia dimenſa ſunt. Tum initii multas eſſe ſignificationes. vt Initium
gnificatio ſapientiæ timorem Domini eſſe Salomon dixit. Item Initium ſapientiæ cul-
nes. tus Dei. Nihilq; minus Initium †vitæ bonæ, actus iuſtus. Atq; etiam in præ-
†vię opti conio ſapientiæ cœleſtis auctor. Initium vitæ panis, & aqua, & tunica (in-
mæ. quit) domus idonea velandis pudendis. Quippe in his non vna initii : ſed

diuerſa & multiplex habetur ſignificatio. Eſt tamen vnum rerum omnium
initium: de quo Salomo in prouerbiis. Creauit me (inquit) Deus progreſ-
ſionis ſuæ ſemitam : cui nitens efficeret opera diuina: conſtituitqꝫ ante mundi
ortum, terræqꝫ & profundi fundationẽ: ante tractus fontium aggeſtioneſqꝫ mon
tanas. Aperte indicans, pręeunte diuina ſapientia cœlũ terrãqꝫ factam: eandemqꝫ
ſapientiam diuinam eſſe vniuerſitatis primordium. Ex quo apparet ſapientiam
factam quidem a Deo: ſed non aliquo in tempore. Neqꝫ enim fuerit tempus vl-
lum quo Deus fuerit ſine ſapientia. Qꝫ qꝫ deum percipi cogitationibus homi-
num anteq̄ ſapientiam eius ſit neceſſe, ob eminentiam naturæ: quia prius cu-
ius res eſt, demum res ipſa noſcitur. Et de initio quidem ſic habendum. Quod Cœlũ &
autem cœlum quamve terram ſcriptura loquatur intelligẽdum. Qui tumultua- terra di-
rio contenti ſunt intellectu: cœlum hoc quod videmus, et terram qua ſubuehi- cto loco
mur dici putant: porro qui altius indagantur negant hoc cœlum ab initio factũ,
ſed ſecundo die. Nanqꝫ ab initio factum lumen, idqꝫ diem eſſe cognominatum.
Hoc vero cœlum poſteaquod Deus appellauerit ſoliditatem. Tertio deinceps
die remotis aquis apparuit ſicca: eiqꝫ terræ nomen impoſitum. Vt ſit euidens ne
qꝫ hoc cœlum cognitum nobis, neqꝫ hanc in qua ſumus terram, ab exordio fa-
cta, ſed alia eſſe antiquiora intellectu potius q̄ ſenſibus haurienda. Aliud igitur
verum cœlum: & aliud quiddam eſſe ſoliditatem ſcriptura teſtatur: eodemqꝫ mo
do aliud terram, & item aliud ſiccam. Quod igitur illud cœlum prius q̄ cætera Terra.
Deus condidit: quamve terram? Philo carentes corpore, atqꝫ intelligibiles eſſen Arida.
tias eſſe cenſet, ideas & exemplaria tam ſiccæ iſtius terræ q̄ ſoliditatis. Deniqꝫ Philo.
etiam hominem prius intelligibilem, et exemplum archetypum generis humani,
tunc demum corporeum factum a Deo eſſe dicit. Alii non ita. Sed ſcientẽ pro-
phetam duas eſſe ſpecies rerum omnium, alteram intelligibilem, alteram ſenſilẽ,
eas virtutes quæ vtranqꝫ naturam circumplexæ contineant, cœlum & terram co
gnominaſſe. Cœlum quidem incorpoream naturam: terrã vero quæ ſubſtantia
eſt corporũ, quam græci ὕλην vocant. Aſtipulantur his ea quæ ſequũtur. Terra
autẽ erat inuiſibilis & informis. hoc eſt ſylua corporea vetꝰ mũdi ſubſtantia, pri-
us q̄ effícta Dei opificis ſollertia ſumeret formas, etiam tunc decolor & omni ca
rens qualitate. Quod vero tale eſt, inuiſibile certe habetur & informe. Inanis Inanis
porro: & nihil propterea dicta: quia cum ſit omnium qualitatum receptrix, pro- cur ſit
priam nullam habet ex natura. Sylua ergo vt quę cuncta quæ accidunt recipiat terra
in ſe, inanis appellata: vt quę compleri nunq̄ poſſe videatur. Porro quia ſit expers
omnium, nihil dicta. Otioſa vero & indigeſta nũcupatur a Symmacho. Qꝫ qui- Symma-
dem per ſe nihil valeat otioſa: qꝫ vero habeat opportunitatem ſuſcipiendi ordinis chus
ab exornante ſemet Deo mundum moliente, indigeſta cenſetur. Stupide vero
ex admiratione ſignificatio animæ vim quandam ſimilitudinemqꝫ declarat, ſiqui
dem opificis & auctoris ſui maieſtate capta ſtuperet. Qꝫ ſi facta eſt a Deo ſyl-
ua corporea quondam informis, quam ſcriptura terram vocat: non eſt opinor
†deſperãdum incorporei quoqꝫ generis eſſe intelligibilem ſyluam quæ cœli no- †deſpiran
mine ſit nuncupata. Factam vero, & ita factam vt ſit quę non fuerit, ſic probant dum.
qꝫ opificibus mortalibus apparata ab aliis opificibus ſylua præbeatur, hiſqꝫ
ipſis natura ſuppeditet, naturę Deus, Deo nemo apparauerit: quia nihil Deo ſit

antiquius. Ipſe igitur ſylueſtres impenſas mundi fabricę ſufficientes vtileſqꝫ con-
ſtituit. Multaſqꝫ alias probationes afferunt: quas ſingillatim perſequi longum
Sylua an eſt. Reſtat nunc vt eorum quoqꝫ qui generatam eſſe corpoream ſyluam negant
corporea ſententias exequamur. Quorum æque diuerſę opiniones omnino ſunt. Sunt eñ
generata qui textum eius, & quaſi continuationem quandam corpuſculis quæ intelligan-
qꝫ ſit tur potius q̄ ſentiantur cõnexis ſibi inuicem aſſignent in aliquo modo poſitis: et
aliquatenus figuratis: vt Democrito & Epicuro placet. Addunt alii qualitatem
vt Anaxagoras: ſed hic omnium materiarum naturam proprietatemqꝫ in ſingu-
lis materiis congeſtã eſſe cenſet. Alii propter exiguitatẽ indiuiduorũ corporum
quorum numerus in nullo fine ſit, ſubtilitatem ſyluæ contexi putant: vt Diodo-
rus & nõnulli Stoicorũ: quorũ ſit fortuitus tã cœtus q̄ ſegregatio. Quas opinio-
nes cum ſint omnino ſine fine, prætereo. Qui tamen prouidentiæ opus ſyluæ
quoqꝫ conſtitutionem eſſe pronunciauerunt, cenſent eam vna quadam ab exor-
dio vſqꝫ ad finem continuatione porrectam. Nec tamen omnes eodem modo.
Aliter enim Pythagoras, & item aliter Plato, diuerſoqꝫ Ariſtoteles modo: & cum
aliquanta differẽtia Stoici. Sed hi quidem omnes informem eam & ſine vlla qua
Thales litate conſtituunt. Alii formã dederunt vt Thales: quẽ ferunt ante omnes natura
lia ſecreta rimatum: cum initium rerum aquã eſſe dicat. Opinor ideo ꝗ omnem
Homerꝰ victum quo vtuntur quę viuunt, humectum videret. Inqꝫ eadem ſentẽtia Home
Aqua rus eſſe inuenitur: cum Oceanum & Tethym dicat parentes eſſe geniturę: cũqꝫ
Styx iuſiurandum Deorum cõſtituat aquam: quam quidem ipſe appellat Stygem: an
tiquitati tribuens reuerentiam: & iureiurando nihil conſtituens reuerentius. At
Aer vero Anaximenes aera iudicans initium rerum, initium quoqꝫ corporum cæte-
Ignis rorum, & ipſius aquę: non conſentit Heraclito caput rerum ignem putanti. Oẽs
igitur hi qui vel aquę vel aeri vel igni tribuunt principatum, in motu poſitã re-
rum originem cenſuerunt. Sunt tamen qui immobilem eſſe defendant: & eandẽ
ex omnibus in vnam molem redactam: vnum omnia eſſe cenſentes immobile ſi-
Parmeni- ne ortu, & ſine interitu: vt Xenophanes, Meliſſus, Parmenides. Sed Parmenides
des quidem vnum perfectum omne & definitum pronunciat. Meliſſus, infinitum &
Meliſſus indeterminatum. Empedocles varium & multiforme quiddam eſſe ſyluam do-
Empedo- cet: quatuor diuerſis ſuſtentatum radicibus ignis, aquę, aeris, terrę, atqꝫ ex his fie
cles ri corporum modo concretionem, modo diſcretionem. Idemqꝫ concretionẽ qui-
dem vocat amicitiam, diſcretionem vero diſcordiam. Hi ſunt opinor qui forma-
tam deſcriptãqꝫ qualitatibus & corpus ſyluam eſſe pronunciãt. At vero qui de-
trahunt ei qualitates, informemqꝫ conſtituunt: & ſine conſortio corporum ſolam
Ariſtote- per ſemetipſam entem intuentur: Ariſtoteles quidem tria initia conſtituit cor-
les poreę rei: ſyluam, ſpeciem, carentiam. Eaqꝫ ſingula ſine duum reſiduorum conne-
Mundus xione conſiderat, licet profiteatur altera ſine alteris eſſe non poſſe. Idem ſine ge-
Aeternus nitura & ſine interitu dicit mundum eſſe diuina prouidentia perpetuitati pro-
pagatum. Cuius ſententia cum ſit pręclara & nobilis: & ad Platonici dogmatis
conſiderationem ſatis accommodata: non otioſe prætereunda eſt. Prius tamen
exponendus videtur phyſicorum veterum ſyllogiſmus: qui aſſerit nihil eo-
rum quæ ſunt, generatum eſſe: nec periturum eſſe. Formula ſyllogiſmi talis
eſt. Si quid fit, id neceſſe eſt vel ex eo fieri quod iam erat: vel ex eo quod

non eſt. vtrunq; autem impoſſibile. De exiſtente quidem, quia quod iandu-
dum eſt, fieri ad præſens non poteſt: deniq; quod gignitur nondum eſt. Nec
vero de non exiſtente: quia neceſſe eſt ei quod fit ſubeſſe aliquam materiam ex
qua fiat. Nihil igitur fit. Sed nec corrumpitur. Id enim quod corrumpitur, vel
in aliquas reliquias vel in nullas diſſoluitur: ſed neq; in aliquas vt docebitur: neq;
in nullas. Nihil igitur corrumpitur. Oſtenſum eſt porro ꝙ nec fiat quid. Neq;
igitur fit aliquid neq; corrumpitur. Quatenus igitur quod eſt & corrumpitur
negam⁹ in nihilum poſſe diſſolui? Quia quod eſt, & idem corrumpitur ac perit:
ſi in nullas reliquias diſſoluatur, erit pariter & non erit: qđ rationem non habet.
Rurſum ſi erit aliquid futurum quod diſſoluitur: illud & perit, & non perit. Hoc
ſyllogiſmo veteres phyſici tollere conabantur rerum genituram & interitum.
Sed Ariſtoteles diuidit ſyllogiſmum, notata & patefacta duplici ſignificatione
nominum, exiſtentis ſcilicet & non exiſtentis: item verborum fieri & corrumpi.
Etenim omnia quæ fiunt: vel ſecũdum naturam ſuam fiunt, vel ex aliquo acciden- Fieri du-
ti: vtputa ſi muſicus ægrotus conualeſcat, quod quidem ex natura eſt ægrotat plex.
& conualeſcit: non tamen quia muſicus eſt. Ex accidenti porro quia muſicus eſt.
Accidit quippe vt muſicus eſſet qui ægritudinem ſuſtineret. Similiter quod cor-
rumpitur, ſi quid candidum pedalis proceritatis corrumpatur in atrum colorẽ,
ſecundum naturam ſuam quidem & principaliter patitur immutationem ſui
quia eſt candidum: ex accidenti vero, quia eſt pedalis modi. Cum igitur dicimus
muſicum conualeſcere, tunc quod fit, ex accidenti fit, quia prouenit vt conuale-
ſcat. Porro cum ægrotare eum dicimus: ſecundum naturam patitur. Rurſum cũ
dicimus candidum illud pedalis menſuræ corrumpi quia conuertatur in nigre-
dinem: hoc ex accidenti fieri dicimus. Cum vero candidum cognominamus, na-
turam ei⁹ exprimimus. Si igitur dicimus etiam de nõ exiſtente fieri aliquid, du-
pliciter dicimus non exiſtere, ſemel iuxta naturam: ꝙ eſt impoſſibile vt quod
nuſq̃ omnino gentium eſt, ex eo aliquid fiat quod ſit. Iterum ex accidenti dicim⁹
non exiſtere cum qđ ſit aliter ſe habebit q̃ erat antea: & cui plus accidit q̃ a natu-
ra tributum eſt: vt ſi ex informi maſſa æris ſimulacrum fiat. Informitas quippe
æris ex natura eſt: formę vero impreſſio, quam imponit opifex, de non exiſtenti
prouenit: proptereaq; ex accidenti dicitur prouenire. Fieri enim poteſt: vt ex eo
quoq; quod eſt, fiat aliud quod ſit: ſed hoc eſt ex accidenti: vt ſicui grammatico
proueniret medicinæ ſcientia. Nam & hic ex perito fit alterius quoq; diſciplinæ
peritus. Conſequenter etiam igitur corrumpetur aliquid & diſſoluetur exiſtens
in aliud exiſtens: ſed non principaliter, verum ex accidenti: vt ſi ex ſimulacro Li- Corrũpi
beri patris formam quis transferat in ſimulacrum Apollinis. Videtur autem duplex
hoc quoq; pacto forma in aliam ſpeciem demigrare, ſed non proprie, verum ex
accidenti. Similiter poterit exiſtens quid in non exiſtens corrumpi ac reſolui: ſed
non vt ex corruptela plenus afferatur interitus: proueniatq; vt id quod erat, nihil
oĩno neq; vſpiã gẽtiũ ſit. Vna igitur hæc ratio eſt iuxta quã poſſe Ariſtoteles pu-
tat & fieri aliquid tam de exiſtente q̃ de minime exiſtente: & interire vel in exi-
ſtẽs vel in nihilũ. Alia vero rõne eſſe & nõ eſſe dicit̃ quid, quoties nõdũ adhibito Eſſe &
effectu eſſe dicit̃ qđ futurũ ꝓculdubio erit ſi adhibeat̃ effect⁹. q̃ cũcta poſſibi- nõ eſſe
litate eſſe dicunt̃: ꝓſũpta eorũ exiſtẽtia cõtẽplatiõe poſſibilitatis: vt cũ ęs dicim⁹ duplex

poſſibilitate ſtatuam eſſe:cũ adhuc metallum ſit informe. Eſt ergo ſtatua & non
eſt.& eſt quidem,quia poteſt eſſe:non eſt autem, quia nondum effectus acceſſit.
Eodemq; modo aliquatenus eſt:aliquatenus non eſt: & ex eo q̃d aliquatenus eſt,
poteſt aliquid effici: nihiloq; minus etiã in id quod aliquatenus non eſt,poteſt ali
q̃d diſſolui atq; interire.Eſt ergo genitura & interitus. Hęc ad pręſens viſa no
bis neceſſaria fore ad explanationẽ Ariſtotelici dogmatis de initiis rerum,in qui
bus etiam ſylua eſt,pertractari curauimus, ſicut eiuſdem Ariſtotelis verba decla
Sylua rant.Ait enim ſic.Nobis ergo videtur,indiuidua eſſe ſylua carentiæ: ita vt ſylua
Carentia non ſit exiſtens quid:ſed ex accidenti.Carentia vero principaliter & omnino ni-
hil.Et ſylua quidem prope habeat eſſentiam:carentia nulla porro ſit ſubſtãtia.Et
aliis inquit videtur carentia & ſylua vnũ eſſe, non recte ſpectantibus: cum idem
breue & grande cognominent:duaſq; res ſeparatim ſpectandas in vnam eandẽ
q; redigant:& vnum aliquid ſubiacere putent corporibus.Qui etiam ſi diuidant
†diuiſiõe maius illud & minus vt ſint duo,ęque ex hac†diuiditate vna res ſignificatur,alia
†iterimit̃ † intermittitur . Siquidem ſylua tanq̃ mater corporum formationi adiumento
eſt.Carentia vero non adiuuat formationẽ:ſed potius impedit:ac renititur.Qua
tenus quia cum ſpecies diuina res ſit & appetibilis,contraria eſt ei carentia.Syl-
ua vero appetit formam & illuſtrationem, cupidaq; eius eſt iuxta naturam pro-
priam. Porro carentia ſi appetat formam:appetere eam neceſſe eſt contrarieta-
tem ſuam:& omnis contrarietas interitum affert.Minime igitur interitum ſuũ
carentia deſiderabit.Nec vero ſpecies ſeipſam poteſt cupere.Eſt enim plenum &
perfectum bonum:& omne quod deſiderat in indigentia poſitum eſt. Sola igit̃
ſylua eſt quę cupit illuſtrationem,perinde vt fœmineus ſexus virilem:& deformi
tas pulchritudinem:ita tamen vt deformitas ſyluæ non ex natura,ſed ex acciden
ti ſit.Quæ ſylua fit & corrumpitur certe.Cũq; fit,eſt aliquatenus:& cum diſſol-
uitur,non eſt aliquatenus: corruptelaq; eius propter indiuiduam carentiam pro
uenit.Ipſa vero poſſibilitate non natura immortalis eſt ac ſine generatione:pro-
pterea q; neceſſe erat iis quæ naſcuntur ſubiacere aliquid antiquius: ex quo fie-
rent,atq; ad generationem venirent.Talis eſt porro hæc natura.Neceſſe eſt igi-
tur fuiſſe ſyluam anteq̃ fieret,ſiquidem ex ea fiunt cætęra, ſiue quod diſſoluitur
& perit ad hanc eandem naturam poſtremo redeat neceſſe eſt. Ergo etiam cor-
rupta erit ante corruptelam diſſolutionemq;.

Hæc Ariſtoteles aſſiſtens ſententiæ ſuæ de initiis rerum,deq; natura ſyluæ lo
Principia quitur:ſed quia obſcurior ſermo eſt,explanandus videtur. Tres ab eo ponuntur
rerum origines vniuerſę rei,ſpecies,ſylua, carentia.Speciem laudat: vt ſummi Dei ſimi
Species lem diuinitatem,pleno perfectoq; nixam bono,ideoq; appetibilem. Quid eſt er-
Sylua go quod appetit?Neq; ipſa ſe inquit:quia nihil ei deeſt ad perfectam exornatio-
Carentia nem,& eſt proprius indigentiũ appetitus. Nec vero carentia cupit ſpeciẽ:interi
.i.forma tum enim ſuum cuperet. quippe acceſſu ſpeciei formæq; tollitur indigentia: nec
Materia in habitu proprio perſeuerat.Supereſt ergo:vt ſylua cultum ornatumq; deſide-
Priuatio ret:quæ deformis eſt:non ex ſe, ſed ad indigentiam. etenim turpitudo eſt ſyluã
cultu formaq; indigere.Sic quippe erit vidua carens ſpecie,perinde vt carens vi
ro fœmina. Proptereaq; , inquit, appetit ſpeciem: vt ſexus fœmineus virilem:
†vultum quoq; ſit in aliqua poſita deformitate, formam atq; †cultum cupiẽs ſimul perire
atq; exoleſcere: q̃d eſt in ſemet ex indigentiæ vitio.Contraria ſiquidem hęc duo

ſibi & repugnantia, ſpecies, & item carentia. Quorum qđ obtinuerit: alterum
perimit. Cupiditatem vero negat eſſe talem qualis eſt animalium: ſed vt cũ quid
cœptum atq; inchoatũ eſt dicitur perfectionem deſiderare: ſic opinor etiam ſyl-
ua ſpeciem cupit. Poteſt enim eius florere conſortio. Ergo iuxta Ariſtotelem pro
prie quidem & principaliter exiſtens eſt ſpecies. Ex accidenti vero eſſe dicitur Species
ſylua: propterea ꝙ naturę talis eſt, vt recipiat formam. Rurſum qđ minime eſt Sylua
proprie quidem & principaliter carentia. Ex accidenti vero ſylua patitur: quip- Carentia
pe id quod vere atq; ex natura non eſt: ideſt carentia. Ergo ſylua alio quodam ge
nere eſt, item alio non eſt. Et poteſt aliquid ex ea fieri: vt de re non exiſtente: non
vna tamen: ſed diuerſa ſignificatione. Conſequenter ergo dicemus, malitiam eſſe
atq; initium malorum, non ſyluam: ſed carentiam. Hæc eſt enim informitas, et
nullus cultus, & turpitudo ſyluæ: proptereaq; etiam maleficentia. Et ideo ſyluam
definit, ſeu potius appellat, corpus incorporeum: vt poſſibilitate quidem ſit cor-
pus, effectu vero atq; operatione nullum corpus. Hęc Ariſtotelis de ſylua ſenten
tia: niſi ꝙ addit Platonem tria illa nominibus tantum attigiſſe: effectu autem
duo poſuiſſe initia: corporeæ rei ſpeciem, & minimum grande, qđ ſit ſylua. Non
igitur tria ſed duo, hæc erunt initia, inquit, ſpecies, & Sylua: quam ait ex natura
nullam habere ſubſtantiam. Aut ſi, inquit, grande hoc minimum carentiam eſſe
intelligẽdum eſt, rurſum ſylua præterita erit: et duo videbuntur initia rerum,
ſpecies atq; carentia. Stoici quoq; ortum ſyluæ reiiciunt: quin potius ipſam &
Deum, duo totius rei ſumunt initia. Deum vt opificem: ſyluam, vt quæ operatio
ni ſubiiciatur. Vna quidẽ eſſentia prędit os facientem: & qđ fit ac patitur id cor
pus eſſe: diuerſa vero virtute, quia faciat, Deum: quia fiat, ſyluam eſſe. Quorum
ab re non erit opinionem diligentius explicari. Aiunt enim vt ænea quæq; ex
ære ſint, argenteaq; ex argento: ſic corporeas materias ex ſylua eſſe cum hiſdem:
vt ære, & argento, etiam ſimilibus cęteris. Eſſe enim quaſdam magis alias minus
ſylueſtres materias: aliaſq; aliis corpulentiores. Quarum tamen exordium eſſe
vnam quandam antiquiorem cõmunem omniũ ſyluam. Atq; vt ſtatua quę cũ ſit
formatum corpus, habet tamen ſubiectam ſibi æris antiquiorem ſubſtantiã: ſic
æs informe corpus compos tamen qualitatis habere dicunt ſubiectam pręeun-
tem ſubſtantiam: eamq; eſſe corpus cohęrens ſine qualitate, patibile totum & cõ
mutabile, qđ ſyluam ſimul & eſſentiam appellant, hactenus definientes. Eſſentia Eſſentia
& ſylua eſt qđ ſubiacet corpori cuncto: vel ex quo cũcta ſunt corpora, vel in quo
proueniunt rerum ſenſilium commutationes, ipſo ſtatu proprio manente. Item
qđ ſubditum eſt corporibus qualitates habẽtibus, ipſum ex natura propria ſine
qualitate. Pleriq; tamẽ ſyluã ſeparant ab eſſentia: vt Zeno & Chryſippus. Syluã Sylua
quippe dicunt eſſe id quod eſt ſub his omnibus quę habẽt qualitates. Eſſentiam Eſſentia
vero primam rerum omnium ſyluam: vel antiquiſſimũ fundamentum earũ, ſua-
pte natura ſine vultu & informe. Vtputa æs, aurũ, ferrũ, & cętera huiuſmodi, ſyl-
ua eſt eorum quæ ex hiſdem fabrefiunt: non tamen eſſentia. At vero quod tam
his q̃ cæteris vt ſint cauſa eſt, ipſum eſſe ſubſtantiam. Pleriq; etiam hoc pacto
ſyluam & ſubſtantiam ſeparant: ꝙ aſſeuerant eſſentiam quidem operis eſſe
fundamentum: vt mundi eſſe merito dicatur atq; exiſtimetur eſſentia: Syluã ve-
ro†contemplatione opificis dictam ꝙ eam fingat ac formet. Deinde Zeno hanc †contem-
ipſam eſſentiam finitam eſſe dicit, vnamq; eam communem oĩm quæ ſunt eſſe platioñe

ſubſtantiã. Diuiduam quoq; & vſquequaq; mutabilem. Partes quippe eius verti ſed non interire, ita vt de exiſtentibus conſumantur in nihilum. Sed vt innumerabilium diuerſarum, etiam certarum figurarum: ſic neq; formam neq; figuram nec vllam omnino qualitatem propriam eſſe cenſet fundamenti rerum omnium ſyluæ. Coniunctam tamen eſſe ſemper, & inſeparabiliter cohęrere qualitati. Cũq; tam ſine ortu ſit q̃ ſine interitu: quia neq; de non exiſtente ſubſtitit: nec conſumetur in nihilum: nõ deeſſe ei ſpiritũ ac vigorẽ ex ęternitate, qui moueat eam rationabiliter, totam interdũ: nõnunq̃ proportione: quę cauſa ſit tam crebrę tamq; vehementis vniuerſę rei conuerſionis. Spiritũ porro motuum illũ eſſe nõ naturã ſed animã, & quidem rationabilem: quę viuificans ſenſilem mundũ, exornauerit eum ad hanc qua nũc illuſtratur venuſtatẽ. Quẽ quidẽ beatum aĩal & Deum appellant. Ergo corpus vniuerſum iuxta Stoicos determinatum eſt, & vnum & totum eſſentia. Totũ quidem, quia nihil ei partium deeſt. Vnum autem, quia inſeparabiles eiꝰ partes ſunt, & inuicem ſibi cohęrẽt. Eſſentia vero quia princeps ſylua eſt omnium corporũ: per quã ire dicunt rationẽ ſolidã atq; vniuerſam, perinde † vt ſemen per mẽbra genitalia. Quã quidẽ rationẽ ipſum eſſe opificem volũt. Cohęrẽs vero corpus & ſine qualitate patibile totum & cõmutabile, ſyluam ſiue eſſentiam quę vertatur quidem, nec intereat tamẽ, nec tota nec partiũ excidio: ideo quia philoſophorum omnium cõmune dogma eſt: neq; quid fieri ex nihilo nec in nihilũ interire. Licet enim cuncta corpora caſu aliquo defluant: ſylua tamẽ ſemp eſt & opifex Deus, ratio ſcilicet, in qua ſit fixum quo quid tẽpore tam naſcatur q̃ occidat. Proptereaq; de exiſtẽtibus geniturã fieri, & in exiſtens deſinere q̃d finiatur, immortalibus perſeuerantibus a quo fit, & item ex quo fit quod gignitur. Reprẽhendunt etiã ꝙ cũ ſint in eminenti prẽſtãtiſſimaq; & vetere exiſtẽte alia ſubſtantia rerum omniũ exẽpla: mundũ ſenſilem iuxta immortale exẽplũ a Deo factum eſſe dicat Plato. Non enim opus vllo exemplo fuiſſe, quando ſeminũ ratio incurrẽs aliquã cõcipientẽ cõprẽhendentẽq; naturã, totũ mundũ queq; in eo ſunt enixa ſit. Hęc Stoici de ſylua, deq; initiis rerũ, partim a Platone vſurpãtes, partim cõmenti: ſic vt facile ſit intelligere nullã eos ne ſuſpicari quidem potuiſſe diuinã virtutem ſubſtantiãq; carentẽ corpore, cunctis corporibus vel etiã ſeminibꝰ efficaciorẽ: ꝓptereaq; factũ vt opiniones incurrerẽt impias, Deũ ſcilicet hoc eſſe q̃d ſylua ſit, vel etiã qualitatẽ inſeparabilẽ Deũ ſylųę: eundẽq; ꝑ ſyluam meare † veluti ſemẽ per mẽbra genitalia: & oĩm quę naſcunť tam originem q̃ etiam cauſam eſſe non malorum modo ſed turpitudinis quoq; & obſcœnitatis: omniaq; agere & pati vel pudenda. Cuius opinionis deformitas euidentius detegetur expoſita Platonis ſententia.

Nunc iam Pythagoricũ dogma recenſeať. Numenius ex Pythagoræ magiſterio Stoicorum hoc de initiis dogma refellens Pythagorę dogmate, cui concinere dicit dogma Platonicum, ait Pythagorã Deum quidẽ ſingularitatis nominaſſe: ſyluam vero duitatis. Quam duitatem indeterminatam quidem minime genitam: limitatam vero generatam eſſe dicere. Hoc eſt anteq̃ exornaretur quidẽ, formamq; & ordinem nanciſceretur, ſine ortu & generatione: exornatam vero atq; illuſtratam a digeſtore Deo eſſe generatã. Atq; ita quia generationis ſit fortuna poſterior, inornatum illud minime generatum æquæuum Deo, a quo eſt ordinatum, intelligi debeat. Sed nonnullos Pythagoręos vim ſententię non recte aſſecu

Margin notes: † vt per — Stoicorũ erratum — † velut ꝑ — Numeniꝰ de Pythagoræ placitis.

tos,putaſſe dici etiam illam indeterminatam & immenſam duitatem ab vna ſingularitate inſtitutam,recedēte a natura ſua ſingularitate:& in duitatis habitum migrante.Non recte,vt quæ erat ſingularitas eſſe deſineret,quæ non erat duitas ſubſiſteret:atq; ex Deo ſylua,& ex ſingularitate immēſa & indeterminata duitas cōuerteretur. Quæ opinio ne mediocriter quidē inſtitutis hominibus competit. Deniq; Stoicos definitam & limitatam ſyluam eſſe natura propria: Pythagorā vero infinitam & ſine limite dicere.Cumq; illi qđ natura ſit immenſum, nō poſſe ad modum naturę atq; ordinem redigi cenſeant,Pythagorā ſolius hanc Dei eſſe virtutem ac potentiam aſſerere:vt qđ natura efficere nequeat,Deus facile poſſit: vt qui ſit omni virtute potentior atq; præſtantior:& a quo natura ipſa vires mutuetur.Igitur Pythagoras quoq;,inquit Numenius,fluidam & ſine qualitate ſyluam eſſe cenſet:nec tamen vt Stoici naturæ medię,interq; malorum bonorumq; viciniam:quod genus illi appellant indifferēs:ſed plane noxiam.Deū quippe eſſe (vt etiam Platoni videtur)initium & cauſam bonorū:Syluam malorū. At vero quod ex ſpecie ſyluaq; ſit,indifferens.Non ergo ſyluam,ſed mundū ex ſpeciei bonitate ſyluæq; malitia temperatum: deniq; ex prouidentia & neceſſitate progenitum,veterum Theologorum ſcitis haberi.Syluam igitur informem & carentem qualitate tam Stoici q̄ Pythagoras cōſentiunt:ſed Pythagoras malignam quoq;: Stoici nec bonam nec malam.Dehinc tanq̄ in progreſſu vię malū aliquod obuiū perrogati vnde igitur malaꝰ peruerſitatem ſeminarium malorū eſſe cauſati ſunt: nec expediunt adhuc vnde ipſa peruerſitas,cum iuxta ipos duo ſint initia rerum, Deus,& Sylua.Deus ſummum & præcellēs bonum.Sylua,vt cenſent,nec bonū, nec malum. Sed Pythagoras aſſiſtere veritati miris licet & contra opinionem hominum operantibus aſſeuerationibus non veretur.Qui ait,exiſtente prouidētia,mala quoq; neceſſario ſubſtitiſſe:propterea ꝙ ſylua ſit:& eadē ſit malitia prædita. Q; ſi mundus ex ſylua, certe factus eſt †de exiſtēte olim natura maligna. Proptereaq; Numenius laudat Heraclitum reprehendentem Homerū qui optauerit interitum ac vaſtitatem malis vitæ:ꝙ non intelligeret mundum ſibi deleri placere.Siquidem ſylua,quę malorum fons eſt,exterminaretur.Platonemq; idem Numenius laudat:ꝙ duas mundi animas autumet. Vnam beneficentiſſimam: malignam alteram,ſcilicet ſyluam.Quæ licet † modice fluctuet:tamen quia intimo proprioq; motu mouetur:viuat & anima conuegetetur neceſſe eſt: lege eorū omnium quæ genuino motu mouentur.Quæ quidē etiā patibilis animæ partis in qua eſt aliquid corpulentum mortaleq; & corporis ſimile, auctrix eſt, & patrona:ſicut rationabilis animæ pars auctore vtitur ratiōe ac Deo.Porro ex Deo & ſylua factus eſt iſte mundus. Igitur iuxta Platonem mūdo bona ſua Dei tanq̄ patris liberalitate collata ſūt:mala vero matris Sylųę vitio cohęſerūt.Qua ratione intelligi datur Stoicos fruſtra cauſari neſcio quā peruerſitatem:cū quę proueniunt,ex motu ſtellarū prouenire dicantur. Stellę porro corpora ſunt igneſq; cœlites.Omniū quippe corporum ſylua nutrix eſt:vt etiam quę ſidereus motus minus vtiliter & improſpere turbat,originem trahere videantur ex ſylua,in qua eſt multa intemperies,& improuidus impetus,& caſus,atq; vt libet exagitata præſumptio.Itaq; ſi Deus eam correxit:vt in Timæo loquiť Plato: redegitq; in ordinem ex incōdita & turbulenta iactatione, certe confuſa hęc intemperies eius caſu quodā & improſpera ſorte habebatur: nec ex ꝓuidentię conſultis ſalubribus.

Sylua.

†deſiſtēte

Aiς mūdi duæ.

†incōdite.

h v

Ergo iuxta Pythagoram ſyluæ anima neq; ſine vlla eſt ſubſtantia:vt pleriq; arbi-
trantur:& aduerſatur prouidentiæ conſulta eius impugnare geſtiens malitię ſuę
viribus.Sed prouidentia quidem eſt Dei opus & officium: cæca vero fortuitaq;
temeritas ex proſapia Syluę:vt ſit euidens iuxta Pythagoram Dei Syluęq; item
prouidentiæ fortunæq; cœtu cunctę rei molem eſſe conſtructam.Sed poſtq̃ ſyl-
uæ ornatus acceſſerit:ipſam quidem matrem eſſe factam corporeorũ & natiuo-
rum deorum,fortunã vero eius proſperam eſſe magna ex parte,non tamen vſq;
quaq;:quoniam naturale vitium limari omnino nequiret.Deus itaq; Syluam ma-
gnifica virtute exornabat:vitiaq; eius omnifariam corrigebat:non interficiens,
ne natura ſyluestris funditus interiret:nec vero permittẽs porrigi dilatariq; paſ-
ſim:ſed vt manente natura,quę ex incommodo habitu ad proſperitatem deuoca
ri commutariq; poſſit, ordinem inordinatæ confuſioni,modũ immoderationi,&
cultum fœditati coniungens,totum ſtatum eius illuſtrando atq; exornando con-
Nihil ge- uertit.Deniq; negat inueniri Numenius,& recte negat,imunẽ a vitiis vſq;quaq;
nitũ ex oĩ generatorum fortunam:non in artibus hominum,non in natura,non in corpori
parte per bus animalium:nec vero in arboribus aut ſtirpibus:non in frugibus:nõ in aeris
fectum. ſerie:nec in aquę tractu:ne in ipo quidẽ cœlo,vbiq; miſcẽte ſe prouidẽtię deterio
ris naturæ quaſi quodam piaculo.Idemq; nudam Syluę imaginem demonſtrare
& velut in lucẽ deſtituere ſtudens,detractis omnibus ſingillatim corporibus quę
gremio eius formas inuicem mutuãtur,& inuicem mutant:illud ipſum quod ex
egeſtione vacuatum eſt,animo conſiderari iubet:eamq; Syluam & neceſſitatem
cognominat.Ex qua & Deo mundi machinam conſtitiſſe , Deo perſuadente,ne-
ceſſitate obſecundante.Hæc eſt Pythagoræ de originibus aſſeueratio.

Supereſt ipſa nobis ad tractãdũ Platonis de Sylua ſentẽtia:quã diuerſe inter
pretati videnẽ auditores Platonis.Quippe alii generatã dici ab eo putauerũt,ver
baq; clã potius q̃ rẽ ſecuti.Alii vero ſine gñatiõe,ſed aia ꝓditã:qñ ãte illuſtrationẽ
quoq; motu inſtabili atq; inordinato dixerit eã fluctuaſſe:cũ motus intimus ge-
Aiæ duæ. nuinuſq; ſit viuẽtiũ proprius:ꝓq; idẽ ſæpe alias duas eſſe mũdi aias dixerit.Vnã
malignã ex Sylua:alterã bñficã ex Deo.Exiſtẽtib9 itaq; bonis ac malis:bona qdẽ
ex aia bñfica mũdo tributa,incõmoda porro ex ſylueſtri maligna.Cũ diuina ſapiẽ
tia intelligentiaq; opificis Dei Syluę ſeuere atq; efficaciter ꝑſuadeat ꝓbere cultui
atq; exornatiõi ſuę patiẽtiã:ꝑſuaſio vero nõ niſi animãtibus,vitaq; fruẽtib9 adhi
beaẽ.Quibus Hebręi cõcinũt:cũ dicũt homini quidem a deo datã eſſe animã ex
inſpiratione cœleſti:quam rationẽ atq; animam rationabilem appellant:mutis ve
ro & agreſtibus ex ſylua rationis expertẽ iuſſu Dei viuis & animantibus beſtiis
terræ gremio profuſis:quorũ in numero fuerit etiam illa ſerpens:quæ primitias
generis humani malis ſuaſionibus illaqueauerit.Nec deſunt qui putent inordina
tum illum & tumultuarium motum Platonem nõ in ſylua:ſed in materiis & cor-
poribus iam notaſſe:quæ initia mundi atq; elementa cenſentur.Quippe ſi eſt in-
formis & inordinata:nimirum etiã inmobilis natura ſua.Nec immobilis modo
verum etiam incommutabilis.Quippe commutationes non ſyluæ accident : ſed
corporibus,in quibus ſint qualitates.Eodemq; pacto etiam exanimis:quandoqui
dem inmobilis.Malitiam porro aiunt virtutis eſſe carentiã:vt informitatem,ino
piam,intemperantiã,proptereaq; virtutibus addita orationis parte negatiua cõ-
tra q̃ virtutes cognominatas eſſe:imprudentiam,iniuſtitiam,imperitiam. Hæc

atq; huiuſmodi diſſenſio eſt Platonicorum philoſophorum.

.Nos tamen quam ex his putamus potiorem,& ad veritatis examen propenſio
rem,maximeq; tanti auctoris prudentia dignam,exequemur.Eſt igitur propoſita
rum quæſtionum duplex probatio.Altera quæ ex antiquioribus poſteriora cõfir
mat,quod eſt proprium ſyllogiſmi.Pręcedunt quippe ordine acceptionis,quę ele Syllogiſmus.
menta vocantur,concluſionem.Altera item quæ poſterioribus ad pręcedentium
indaginẽ gradatim puenit:poſteriora cõfirmat. Quod genus probationis reſolu Reſolutio
tio dicitur.Nos ergo quia de initiis ſermo eſt,quibus antiquius nihil eſt: vtemur
probationis remediis ex reſolutione manantibus.Certum eſt ſiquidem apud oẽs
vel philoſophãtes,vel qui ſe nõ dederint huic ſtudio,in nobis eſſe ſenſus: eſſe etiã
intellectum,& hæc eſſe ſibi non eadem.Ergo etiam effectus tam ſenſuum q̃ intel
ligentiæ,ſiquidem ipſa genera diuerſa ſint,eſſe diuerſos.Quę cum ita ſint,neceſſe
eſt etiam illa eſſe quorum ſint tam intellectus q̃ etiam ſenſus.Sunt ergo tam ſen-
ſilia q̃ intelligibilia.Et intelligibilia quidem ſunt:quæ intellectu comprehẽduntur
rationabili indagine . Senſilia vero quæ irrationabili opinione præſumuntur , in
certo quodam opinionis euentu.Illa quidem ex æternitate,nec vllum initium ha-
bentia:hęc temporaria & ex aliquo initio temporis e regione noſtra primaria,ad
naturam verſus ſecunda . Rurſum intelligibilia e regione quidem naturæ prio-
ra:iuxta nos vero ſecunda ſunt . Quotuſquiſq; igitur in diſputatione ſic exordie-
tur:vt ab iis quæ prima ſunt ad nos verſum,aſcendat ad ea quæ ſunt a nobis ſe-
cunda:reſoluere dicitur quæſtionem . Siquidem ab his orſus quæ vere non ſunt:
ſed imagines potius ſunt vere exiſtentium rerum: perueniat ad ea quæ vere exi-
ſtentium initia cauſæq; ſunt.Sunt igitur vicina nobis omnia quidem quæ ſentiũ
tur,ignis,aer,terra,aqua.Aliquanto tamen propiora quæ ex iis cõcreta ſunt.Rur Corporis
ſum magis applicita nobis noſtra corpora.Eſt igitur in corporibus noſtris conti Cõtiguũ,
guum quiddam,eſt etiam ſolidum,eſt viſibile,eſt calidũ.Cõtiguum quidem ac ſo Solidum,
lidum nihil erit ſine terra.Rurſum viſibile & calidum ſine igne eſſe non poterit. Viſibile,
Eſt ergo in nobis terrenum quiddam & igneum,eſt etiã ſpirabile.Siquidem ſpiri Calidum.
tus in venis,quæ arteriæ dicuntur,cõditus inuenitur.Eſt humectum quoq;:quod
humectum ſine aqua demum eſſe non poteſt . Nec vero ſpiritus ſine aere. Q3 ſi
hæc omnia partes ſunt corporis:neceſſe eſt etiam illa eſſe quorũ hæc partes ſunt
vt diximus,ideſt ſolidũ vniuerſumq; corpus.Eſt igitur in ſolido atq; vniuerſo cor
pore tam ignis q̃ terra,& cæteræ materię.Deinde harũ ipſarum congrua & mo
derata concretio,quæ conſtat ex formis & qualitatibus. Ignis quidem ſplendor,
leuitas,calor,& figura.Terræ vero ſiccitas,grauitas,figura . Earum etiã ſimiliter
materiarum quæ inter ignem terramq; inſertę ſunt,aliquę ſint naturales proprie
tates oportet.Si ergo has qualitates & quantitates etiam formas figuras ve vole
mus ratione animi ſeparare:tum demũ deliberare quid ſit illud quod hæc omnia
inſeparabiliter adhærens complexumq; contineat: inueniemus nihil aliud eſſe q̃
id quod quærimus,ſyluam.Inuenta igitur eſt origo ſylueſtris.Et hoc quidem eſt
vnum duarum probationum genus,quod reſolutio dicitur.Nunc illud aliud con
ſideremus quod cõpoſitio cognominatᷣ . Sequitur quippe reſolutionẽ cõpoſitio, Compoſitio.
& diſcretionem concretio.Quę igitur modo ſeparare animo videbamur a ſylua:
rurſus ei repręſentemus,ac velut in ſuum locum reponamus.hoc eſt genera,quali
tates,figuras.Nec inordinate hæc ipſa,& vtcũq;:ſed cum cultu & ordine . Ordo Ordo.

autem ſine harmonia eſſe non poteſt.Harmonia demũ analogiæ comes eſt.Analogia item cum ratione,& demum ratio comes indiuidua prouidẽtiæ reperitur. Nec vero prouidentia ſine intellectu eſt:intellectuſq; ſine mente non eſt.Mens ergo Dei modulauit,ordinauit,excoluit omnẽ cõtinentiam corporis.Inuenta ergo eſt demum opificis diuina origo.Operatur porro opifex,& exornat omnia iuxta vim rationabilẽ,maieſtatẽq; operũ ſuorũ.Opera vero ei9 intellectus ſunt,q a Grȩcis ἰδέαι vocant̃:quo pacto inueni t̃ tertia exẽplaris origo rerũ.Porro ideæ ſunt exẽpla naturaliũ rerũ.Igit̃ Syluã q̃dẽ iuxta legẽ rationẽq; diſſolutiõis inuenimus, iuxta cõpoſitionis vero prȩcepta ip̄m opificẽ Deũ.Ex operib9 porro opificis Dei exemplũ. Et q̃m ſingula hȩc initia ſunt:rurſus erit ex integro de initiis diſſerẽdũ.

Eſt igitur initium primus limes,poſt quem ſunt cũcta quæ ex eodẽ ſunt limite.Et quia omne initium,vtpote origo rerum,prȩcedit ortum,neceſſe eſt eam eſſe ſimplicem,ſine qualitate,perpetuam.Si ſimplex nõ erit,perinde erit atq; ea quæ ſunt ex eadẽ ſubſtãtia:nec intererit q̃cq̃ inter ipſum initiũ & cætera,etiã ſi antiquitas in tempore conſtituatur:quando etiam illa ex aliquo tempore ſint,quæ poſt initium ſunt:& nullam eſſe differentiam,rationem non habet.Simplex ergo eſt rerũ origo:nec habet qualitatem.Nam ſi detur ei qualitas,erit opinor cõpoſitũ quiddam ex materia & accidenti.Omnia quippe huius generis ſunt,quæ habent qualitatem:igitur ſine qualitate.Aeternũ quoq; initiũ eſſe ſic cõprobatur.Nam ſi nõ æternum,ex aliquo tempore ſit neceſſe eſt.Si hoc ita erit,cauſa quoq; cur ſit,præcedat ortum eius neceſſe eſt.Ita erit Initio aliquid antiquius.Sed hoc abſurdum eſt,initiũ initii ſuſpicari:æterna eſt igitur origo rerum,eadẽq; immortalis. Nam ſi occidua,non deerit ei conditio interitus . Neq; enim in ſimplex aliquid : neq; in compoſitum diſſoluetur . In ſimplex ideo q: ſola initia ſimplicia:ergo in ſe diſſoluetur & recreabit̃ potius q̃ interibit.Neq; in compoſitum quidem.Continebitur enim ex compoſitis:ergo nec diſſoluetur.Quippe omne compoſitum ex ſimplicium naturarũ cõnexione ſubſiſtit.Nec vero in nihilũ diſſolui poteſt:nec enim quicq̃ poteſt eſſe,quod nihil eſt. Certe,vt ait Plato,initio p̲dito,nec ipſum ex alio quoq̃ : nec ex eodem aliud quicq̃ recreabitur . Quo pacto immortale rerum initium reperit̃ . Quia igitur q̃d & cuiuſmodi ſit initiũ, demõſtrauimus:conſequẽs erit iam nũc cõſiderare vtrũ hoc ignis ſit,an terra,an aliq̃d cȩterorũ quæ dicunt̃ elementa.Arbitror quippe non recte horũ quid initiũ putari.hȩc eni minime ſimplicia,ſed ex diuerſis materiis naturiſq; cõtexta ſũt corpora.Initii porro ſimplicẽ eſſe naturã in ſuperioribus cõſtitit.His ita digeſtis demõſtrandũ eſt duo eſſe initia rerum,& hæc contraria ſibi inuicem.Sic quippe non ſolus Plato,ſed antiquiores quoq; omnes cõſentiũt:cũ partim calorẽ & frigus initia cõſtituũt:partim humorem & ſiccitatem.Alius quidem cõſenſum & diſſenſionem:vel vnum,& item multa:parq; & impar:ideſt ſingularitatis duitatiſq; naturã,vt Pythagorȩ placuit. Quorũ omniũ ſententiæ de cõtrarietate initiorũ cõcinũt:ſed vtrũ ea æterna,an temporaria,& an corporeæ,an incorporeæ molis diſſentiunt:quorũ alterum vt faciẽs:alterũ vt patiens. Oportet porro initia nec ex aliis vllis rebus originẽ trahere,nec ex ſe inuicem cõſtare:quin potius omnia ex hiſdem ſubſtantiam mutuari.Quod igitur faciens diximus,Deus eſt:quod vero vt patiens,Sylua corporea. Sed quia id quod facit aliquid,ad exemplum aliquod reſpiciens operatur : tertiæ quoq; originis intellecta eſt neceſſitas,Sunt igitur initia Deus & Sylua & Exem

Harmonia. Analogia Ratio. Prouidentia. Intellect9 Ideæ. Origo rerum. Initium æternũ. Principia ſeu initia rerum. Duo ſunt initia rerũ Deus. Sylua. Exemplũ.

plum:& eſt Deus quidem origo primaria moliens,& poſita in actu: Sylua vero
ex qua prima fit quod gignitur.

Nunc iam de Sylua tractabitur,quam originem eſſe rerum conſentiunt Py-
thagorẹi,Platonici,Stoici. Nomẽ vero ei dederũt auditores Platonis.Ipſe eni nũq̃
ſyluæ nomẽ adſcripſit:ſed aliis multis ad declarationem naturæ eius cõuenienti- Syluę no
bus nuncupamentis vſus eſt:cum animis noſtris intimare vellet intellectum eius mencla-
vtcũq;,vel ex natura propria rei,vel ex paſſionibus,commotionibuſq; animorum turæ.
noſtrorum.Ex natura quidem propria primam materiam nuncupans:& item ſi-
mile quiddam mollis cedẽtiſq; materię in quã imprimuntur ſignacula rerum,&
receptaculum,& interdum matrẽ atq; nutriculã totius generationis.Ex paſſione
vero audiẽtiũ cũ dicit adulterino quodã intellectu recordandã,& cõtiguã ſine tã
gentium ſenſu.Omnibus vero ſupra memoratis communiter placet ſyluam eſſe
mutabilem totam & conuerſibilem:ſed conuerſionem mutationemq; eius diuer
ſe interpretantur.Nãq; alii putant ex ſua propria ratione cõuerti & ſumere qua- Syluę mu
litates:cum ex conuerſione nihil accidat præter variam qualitatem.Quã quidem tabilitas.
qualitatem nihilominus eſſe ſyluam in alio atq; alio habitu . Nobis autẽ nequaq̃
placet eãdem ſyluam eſſe & qualitatem:quippe quarum altera ſit quaſi quædam
ſubiecta materia:altera accidens quid eidẽ materiæ. Quæ cauſa eſt cur Sylua pa
tibilis eſſe probetur.Quippe quæ ſuſcipiat diuerſas qualitates ex immutatione.
Fit porro conuerſio iuxta ſyluam:non ipſa ſylua perpetiente mutationem:ſed ea-
rum quæ ſunt in eadem & continentur ab ea qualitatum.Quippe ſi ipſa mutabi
tur,in aliud quiddam conuertatur neceſſe eſt:ac deſinet eſſe ſylua.qđ ratione cer
te caret.Nanq; vt cæra quæ tranſfigurata in multas diuerſaſq; formas non ipſa
vertitur,ſed figuræ ipſa in propria natura perſeuerante:cum figuræ non ſint qđ
cęra eſt:ſic opinor Syluã quoq; formis figuriſq; variatam,cum de ſua conditione
minime recedat,recte patibilem dici.Etiam hoc communiter ab omnibus pronũ Sylua in
ciatur,ſyluam ſine qualitate eſſe,ac ſine figura,& ſine ſpecie : non q; ſine his vnq̃ formis.
eſſe poſſit : ſed q; hæc ex propria natura nõ habeat nec poſſideat, potius q̃ comi
tetur ſpecies & qualitates.Deniq; ſi mentis cõſideratione volumus ei hęc adime-
re,ſine quibus non eſt,poſſumus ei non effectu,ſed poſſibilitate horum omnium
poſſeſſionem dare . Poſſibilitas autem gemina ratione intelligitur . Vna,vt cum
dicimus in ſemine omnem totius corporis perfecti rationem intus latere : ſe-
menq; poſſibilitate animal eſſe.Altera,q; rationem quidem in ſe futuræ genera-
tionis nondum habet : ſed quia tale eſt natura,vt extrinſecus accipere poſſit ra-
tiones formarum & qualitatum, poſſibilitate dicimus eſſe quod nondum eſt:vt
ęris,cęręve maſſa informis eſt,anteq̃ ex arte recipiat formas.Quare ſi intra ſyluã
ratio formarum & qualitatum latet,vt Stoicis videtur , abundat opificis mode-
ratio.Sed opinor ſyluæ opificem neceſſarium,ſicut ipſi etiam Stoici ſanciunt.
Opifex igitur ſyluæ vt æris informitati cæręq; formas inſigniet:atq; ita cõſtabit
neceſſariam dogmatis rationem . Nihilominus de æternitate etiam ſyluæ con-
ſentiunt,perpetuam eſſe cenſentes,quando ſit arx & origo rerum:ſed vtrum limi
tata,ideſt determinata,nequaq̃ conſentiunt,quando determinatum quodq; ma-
gnitudinem habeat neceſſe eſt.Magnitudo autem eſt lineæ vel ſuperficiei vel cor
poris:quę cuncta proprias figuras habent,ſiue plana ſint,ſeu ſolida.Figura porro Figura.
ſpecies qualitatis eſt.Quare ſi eſt limitata ſylua,qualitate prædita,& figuræ com

poſ erit per ſemetipſam,quæ informis & qualitate carens euidenter oſtenſa eſt. Ergo infinita quoq; & minime determinata.Infinita porro non vt quæ immenſe †inſupera lateq; & † inſeparabiliter porrecta ſunt:ſed vt quæ poſſunt aliquo limite circūiri: biliter. nec tamen adhuc mentis conſideratione vallata.Atq; vt ſine qualitate,ſine figura quoq; dicimus:ſic etiam infinitam,velut nondum ante exornationem,dumq; adhuc ſylua eſt,ſine circundatā.Eademq; nec incrementum nec imminutionem pati dicit᷑.Merito. Fiat eñi vt ex nihilo ſubſiſtat aliqd & diſſoluat᷑ in nihilū:qđ fieri nō pōt.Quippe qđ auget᷑,acceſſu magnitudinis creſcit,& pter ipſā ſyluā nihil eē arbitror ex quo fiat acceſſio,vel in qđ id qđ de ſylua defluit,ianita ſylua minuat᷑.

Sunt qui cenſent eā fundi,& item cōtrahi.Sed neq; fundit᷑ quid ſine humore: nec cōtrahit᷑ ſine replicatione.Vtrūq; autē hoc non caret qualitate:& ſylua caret qualitate.Neq; igitur vt fuſilis materia porrigitur,nec cōtrahitur vt replicabilis.

Sectionis expers Sylua. Sunt item qui putent infinitæ ſectionis patibilem ſyluam:ſed omne quod ſecatur,compoſitum minimeq; ſimplex erit,& in aliquo ſpatio:quod eſt proprium quantitatis:ergo ſylua minime ſecabitur.Caret enim quantitate perinde vt qualitate,quis qualitatem quātitatēq; comitetur.Sin vero quia corpora qualitatibus & quantitatibus prædita,quæ ab ea continentur,ſecari queunt:ipſam quoq; ſecari cum iiſdem vna fingamus : non erit omnino abhorrens a ratione vel inconueniēs præſumptio.Recta igit᷑ noſtra eſt opinio,neq; ignem,neq; terram,neq; aquā, nec ſpiritum eſſe ſyluam:ſed materiam principalem,& corporis primā ſubiectionem,in qua non qualitas,non quantitas,non figura,non forma ſit ex propria natura:ſed virtute opificis hęc ei cōiuncta & connexa ſint:vt ex his vniuerſo corpori & ſingillatim perfectio,& communiter varietas comparetur.

Elementorū qualitates. Qꝛ vero ſit vniuerſi corporis fomes & prima ſubiectio,facile probatur ex elementorum in ſe conuerſione mutua,& ex qualitatū inconſtanti mutatione. Etenī terra duas habet proprias qualitates,frigus,& ſiccitatē.perinde enim tractemus ad præſens quaſi terra ex aliqua parte in aliud aliquod conuertatur elementum. Similiter aqua in duabus qualitatibus inuenit᷑,humoris videlicet, & frigoris. Et eſt propria qualitas terræ quidem ſiccitas:aquæ vero humor: cōmunis vero vtriuſq; natura frigoris.Cum igitur terra late fuſa cōuertetur aliquatenus in aquam: tunc ſiccitas quidem eius mutata erit in humorem:frigus vero qđ commune eſt perſeuerat in ſtatu proprio:quia neq; etiam tunc eſt in terra:nec iam in aqua. In terra quidem propterea,quia quod conuerſum eſt,deſinit eſſe terra.Nec vero in aqua:dum enim mutatur adhuc & conuertitur,neq; plene mutatum,neq; perfecte cōuerſum eſt:vt iam in aquę materiam migrarit. Supereſt igitur,vt ſit vſpiā frigus.Nec enim poteſt eſſe ſine eo in quo eſt:hoc porro nihil eſſe aliud ꝙ̄ ſyluā, ratio teſtatur.Ruſum dicimus aera duas qualitates habere,calorem,& humorē. Cōſtitit autē aquam quoq; in duabus qualitatibus inueniri,humoris,& frigoris. Erunt ergo & horum propria quæ vident᷑ contraria,aquę quidē frigus,aeris vero calor:ſed cōmunis his humor. Cū igit᷑ reſoluta ī vapores aqua aeri qđ ex aqua † vēdicat᷑ conuerſum fluxit queritur ac † vindicatur:tūc opinor frigus quidem ad calorem tranſitum facit : humor porro communis manet,neq; in aeris,neq; in aquæ gremio.Eſſe tamen eum vſpiam neceſſe eſt.Erit igitur in ſylua.Eodemq; modo ignis duę ſunt qualitates, ſiccitas,& calor.Aeris vero,vt ſupra cōprehenſum eſt,calor, & humor.Ergo etiam & horum communis qualitas in calore, Ignis item pro

pria ſiccitas,aeris humor.Ignito igitur aere,& aliquatenus conuerſo in naturam
ignis:Humor quidem ad ſiccitatem facit tranſitum:Calor autem cõmunis quali
tas,neq; in igne,neq; in aere reſidebit.Nec vero nuſq̃ erit.Manebit igit᷑ in ſylua.
Ex quo perſpicuum eſt : ꝙ in illa corporum mutua permutatione inuenitur ſyl⸗
ua antiquiſſima,& principalis ſubiectio:perinde vt cæra mollis,in qua imprimũ⸗
tur ſignacula:aut eorum quę generantur commune omnium receptaculum.Qui Sylua
bus ita decurſis,ſequit᷑ vt an corpus ſylua ſit cõſideremus.Neq; corpus,neq; in⸗ vtrũ cor⸗
corporeum quiddam poſſe dici ſimpliciter puto:ſed tam corpus q̃ incorporeum pus ſit.
poſſibilitate.Quippe quod proprie dicitur corpus,ex ſylua conſtat & qualitate.
Sylua autem nequaq̃ ex ſylua conſtat & qualitate:minime ergo corpus eſt . De⸗
inde,nullum corpus ſine qualitate:ſylua autem per ſe ſine qualitate:nõ igitur cor⸗
pus eſt.Quid:ꝙ omne corpus habet figuram,& ſyluæ iuxta naturam ſuam nulla
figura eſt:non ergo corpus.Deinde,omne corpus finitum ac determinatum eſt:
Sylua autem infinita & minime determinata:nõ ergo corpus.Item omne genus
corporis ſub categoricam redigitur appellationem.Dicimus enim corpus eſſen⸗
tiam,vtpote quod diuerſis temporibus contrarias ſuſtineat paſſiones : & in quo
alterum ex duobus contrariis inueniatur neceſſe eſt . Idem hoc dicimus quanti⸗
tatem:cum eſt perfectum longitudinis,latitudinis,ſoliditatiſq; conſortio.Nihilo⸗
minus corpus quale & qualitate præditum nũcupamus.Idẽ hoc ad aliud corpus
comparantes maius eſſe dicimus,aut minus, vel æquale : quam comparationem
Græci vocant πρός τι . Quippe maius ſine comparatione minoris: & æquale ſine
comparatione alterius æqualis intelligi non poteſt.Cæterãq; ſignificationem de
categoriis mutuamur.At enim ſylυę detrahimus hæc omnia,quando paſſionem
quoq; ipſam,quæ propria eius videtur,adimimus.Ideo ꝙ nunq̃ ex propria condi
tione deſciſcat:ſed aliis ideſt corporibus intra eam perpetiẽtibus illa conſors per
peſſionis putetur.Deniq; paſſio eiuſmodi eſt:vt ipſa quidem in nihil aliud cõuer⸗ Deus ex⸗
tatur:ſed quia recipit ea quæ mutãtur,pati aliquid falſo putatur.Deniq; vt Deus tra genus
qui primitus operatur ac facit:neq; genus eſt:neq; vlli ſubiacet generi : ſic etiam
quod primitus patitur , ideſt ſylua,origo altera,neq; genus eſt,neq; vlli ſubiacet
generi . Quapropter cum ſit origo,nihil antiquius ea mente concipiendum eſt.
Quę cum ita ſint,corpus ſentitur,ſylua ſenſilis non eſt.Sylua igitur non erit cor
pus.Eodemq; modo ſylua ſimplex res eſt & incõpoſita:corpus neq; ſimplex,& cõ
poſitum:minime igitur ſylua corporea.Dico eandem hanc ne incorpoream qui⸗ Sylua in⸗
dem,quia quicquid incorporeum eſt,nullam conditionẽ corporis patitur:nec cor corporea.
pus vnq̃ fieri poteſt.At vero ſylua formata qualitatibus,quãtitatibus etiam figu
riſq;,& omni cultu conuenuſtata,corpus munduſq; facta eſt effectu opificis atq;
operatione:igitur ne incorporea quidem.Deinde ſi corpus eſt,ſenſile eſt.At enim
ſenſile non eſt: ne corpus quidem igitur erit . Si autem incorporeum quiddam
erit ſylua,intelligibilis eius natura eſt.At intelligibilis non eſt ne incorporea qui⸗
dem.Recte igitur ſimpliciter eam & ex natura ſua,neq; corpoream,neq; incorpo
ream cognominamus:ſed poſſibilitate corpus:& item poſſibilitate non corpus.
Iã cũ oĩa q̃ ꝓpoſitũ erat recẽſere,pſpicaci cõſideratiõe decurſa ſint iuxta Platoni
ci dogmatis auctoritatẽ,ſupeſt reditũ fieri ad ořonis ipſiꝰ explanationẽ.ait ergo.

Quam igitur eius vim,quãve eſſe naturam putandum?Vim nunc appellat op Vis.
portunitatem ſyluæ vultus intuendi.Etenim tam vultus q̃ qualitates varias , nec

non quantitates habet, non effectu ſed poſſibilitate ob incõſtantem eorum mu-
tuam ex alio in aliud conuerſionem. Naturã vero ſubſtantiam eius ſignificat. Re-
cteq; etiam putandum. Non enim poſſumus certa aliqua comprehenſione vel ex
ſenſu cognita, vel ex ratiõe intellecta de veritate eius p̃ſumere. Quippe vt ſomniũ
quo magis contrectare cupimus, hoc impenſius imago effugit. Opinor, inquit,
omnium quæ gignuntur receptaculum eſt: & quaſi quędã nutricula. Omnia quę
gignuntur, & ex aliquo tempore ſint neceſſe eſt. Sũt igitur mortalia, immortaliũ
vereq; exiſtentium ſimulacra & imagines. Accipiunt autem ſubſtantiam in ſylua
proptereaq; & ipſa illic apparent, & ſyluæ nobis iniiciunt recordationem. Quam
quidem receptaculum eorum appellat: quia non ex gremio ſyluæ generatæ ſpe-
cies floreſcunt, vt putant Stoici: ſed extrinſecus obueniunt: vt in cæram ſignacu-
la. Nutriculã vero ideo q̧ alienos fœtus velut propriis humeris vehat. Quippe ni-
hil his prębet amplius pręter ſubiectionem. Deinde progreditur. Atq; hoc q̃d de
ea dicitur: verum eſt quidem, & dicendũ videtur apertius. Quia non ſtatim quæ
vere dicuntur, aperte etiam manifeſteq; dicũtur. Multæ quippe ſunt orationes ve-
Obſcuritas orõnis vnde. rę quidem, ſed obſcuræ. Naſcitur quippe obſcuritas vel dicentis nonnunq̃ volun-
tate: vel audientis vitio: vel ex natura rei de qua tractatur. Iuxta dicentem fit ob-
ſcuritas cum vel ſtudio dataq; opera dogma ſuum velat auctor: vt fecerũt Ariſto-
teles, & Heraclitus, vel imbecillitate ſermonis. Iuxta audiẽtem vero, vel cum inau-
dita & inſolita dicuntur: vel cum is qui audit pigriore ingenio eſt ad intelligen-
dum. Iuxta rem porro cum talis erit qualis hęc ipſa eſt de qua ſermo nunc nobis
eſt: vt neq; vllo ſenſu contingi, neq; intellectu comprehendi queat: vtpote carens
forma, ſine qualitate, ſine fine. Sed quid? neq; Timæus qui diſſerit inſtabilis ora-
tor, nec audiẽtes tardi. Reſtat vt res ipſa difficilis & obſcura ſit. Nec ſylua quicq̃
difficilius ad explanandum. Ergo cuncta quæ de natura eius dicta ſunt, mera prę-
dita veritate ſunt: nec tamẽ aperte dilucideq; intimata. Deniq; p̃ſtat cauſam dif-
ficultatis quum ita dicit. Eſt tamen arduũ eo magis q̧ pręconfundi mẽtis aciẽ ne-
ceſſe eſt: & ęſtuare tã de igni q̃ de cęteris materiis, q̃d magis aquã iure aquã dici
putariq; oporteat q̃ terrã, cũ nulla ſit certa & ſtabilis proprietas corporũ: quæ cu-
iuſq; indicet naturalem proprietatem. Initium quæſtionis arripit ex reciproca de
alio in aliud elementorum conuerſione. Principio vt de aqua cuius modo, inquit,
fecimus mentionem ordiamur: cũ aſtringitur in glaciẽ, certe ſaxũ terreneq; ſolidi-
tatis corpus minimeq; fuſile apparet. Acriter & nimium vigilãter, apparet. Quip-
pe non in ſua propria natura perſeuerans aqua ſolidatur & fit terra: ſiquidem
eſt humida: ſed q̧ ea quæ ſubiacet, videlicet ſylua, cõtrariam naturam hoc eſt ſic-
citatem ſuſcipiẽs, fit ex conuerſione terra, mutato repente habitu: mutataq; con-
ditione apparens q̃d non erat. Sed aquam in ſaxum ſolidari dicit: quia in glaciali-
Cryſtallus bus & gelidis locis aqua diu cõſtricta mutatur in ſaxũ, quod Cryſtallus vocatur
Aquę mutationes. ab Alpinis gẽtibus mõtium Rhœticorũ. Eſt quoq; in Aſia Tripolis ciuitas aquis
immenſum calentibus vaporata: quæ cum miſſa in formulas diuerſas obriguerit
formatur in vuarum, pomorum, aliorumve figuras. Idem quomodo hæc fiant de-
inceps dicturus erit. Nũc exſequitur quod aggreſſus eſt: & quia cõuerſam aquã
fieri terram dixerat: hanc eandem aquam demum tenuatam in vapores aereæ
miſceri ſubtilitati docet. Rurſumq; ambuſtum aera conuerti in ignem: deinde
gyris ſeu anfractibus genituram eorum conuerſionemq; procedere admonet: cũ

ignis a propria ſubtilitate diſcedens conditionem aeris accipit:qui denſatus pri- Elemento
mo quidem nebulas, nubeſq; operatur: poſt ſoluta & liquefacta ſagina in plu- rum tranſ
uias diffluit.Ex aqua rurſum ſoliditas & ſaxa ſubſiſtunt.Igitur ſecũdum hanc or mutatio.
bitam rationemq; eius circuitus:terra quoq; videtur in alia elementa mutari. Si
enim ſola nõ cõuertitur,ad poſtremũ omnia terra fiet.Siquidem cætera in ipſam
conuertentur:ipſa autem in nihil eorum habebit conuerſionem.Sed quia proba-
tio conſiſtit in viſu,& nunq̃ viſa eſt terra in aquam aliamve quam materiam con
uerti,idcirco abſtinuit ac refugit terrenæ immutationis aſſertionem:ne pugnare
aduerſum ſenſus videretur. Sumpſit tamen quo perfectius tractaret de mutua
elementorum ex alio in aliud conuerſione.Ait enim.Atq; ita circuitu quodam vi
res fomentaq; generationis corporibus inuicem ſibi mutuantibus,nec in vna ea-
demq; forma perſeuerantibus,quæ tandem erit certa eorum,& a cunctatione ſe-
mota comprehenſio?Nulla certe.Merito.Fingamus enim eſſe hunc ignem ſynce
rum,& ſine vllius materiæ permixtione:vt putat Heraclitus,vel aquam vt Tha-
les:vel aera vt Anaximenes:hæc inquit ſi ſemper eadem,immutabilia cenſeamus
multos & inxetricabiles incurremus errores.Quare nõ oportet facile de huiuſce
modi naturis accommodare cõſenſum:nec ſi veriſimile quid videbitur ſtatim ha
bere pro certo.Quid igitur eſt quod errore nos liberet?Quoniam eſt eſſentia:eſt Eſſẽtia &
etiam qualitas,& hęc diuerſa ſunt.Nam eſſentia quidem alicui9 rei ſubſtãtia eſt. qualitas.
Qualitas autẽ quæ rebus ſubſtantiam habentibus contingit ac prouenit. Si ob-
ſeruemus vt ſemper quoties naturam iſtam penitus introſpicimus:partemq; aliã
eius videmus deficere a ſe,& in aliam materiam migrare: vtputa ignem:non vt
conſtans aliquid,& ſemper idem certa pronominis appellatione monſtremus,di
centes hoc,vel illud: hæc quippe pronomina ſunt eſſentiæ ſigna: ſed illo magis
vtamur in demonſtratione quod eſt proprium qualitatis:dicamuſq; nõ hoc,ſed
potius tale:nec illud,ſed potius illiuſmodi,vel huiuſmodi.Neq; eni ignis quã pa-
titur immutationem iactura eſt eſſentiæ:ſed qualitatis. Cum ignis fit aer,tranſit
in diuerſam contrariamve materiam.Certum eſt ſiquidem eſſentiam nihil in ſe ſi Eſſẽtię ni
bi habere contrarium, ſed potius circa eandem eſſentiam res verſari contrarias. hil contra
Itaq; conuerſio commutatioq; fit non eſſentiæ ſed qualitatis,in qua & diuerſitas rium.
& contrarietas inuenitur.Eadem ratio eſt cæterorum quoq; elementorũ.Quippe
nihil eorum habet eſſentiã propriam:& nos præſumimus ex cõſuetudine vti de
monſtratione pronominum eorum quæ ſunt eſſentiæ,cum qualitati accommo-
datis pronominibus vtẽdum potius ſit.Semper enim & ſine intermiſſione vllius
temporis fluunt hæc quatuor corpora:priuſq; ex conuerſione mutantur q̃ erunt
cognominata:more torrentis inrefrenabili quodam impetu proruentis. Itaq;,in-
quit,ignis iſte qui velut exſudans in aereas auras diſſoluitur:cũ inſtabilis muta-
biliſq; ſit,nec habeat perpetuam proprietatem,nõ eſt ignis cenſendus:ſed igneũ
quiddam. Nec quæ exhalatis vaporibus in auras aqua vertitur,humor eſt nun
cupanda:ſed humidũ quid.Cętera ſimiliter.Et exequit᷑.At vero id in quo fieri vi-
dentur hæc cuncta ſingillatim,& demum diſſolui,pereuntiaq; ad alias trãſire for
mas, Syluam ſcilicet,ſolum illud appellandum puto certo pronomine:recteq; de Sylua.
eo dici poſſe hoc,vel illud.Merito.Sola enim hæc,vt cuius nulla qualitas ſit,nulla
q; forma,nec in cõtrarias qualitates nec in diuerſas formas patitur conuerſionẽ:
& quia ſemper eadem manet,certo nomine appellari firme poteſt.Atq; vt omne

nubilum naturalis diſcuteret obſcuritatis adhibito ſplendore illuſtris exempli,iu
Aurũ nõ bet concipere animo & infigere cogitationi opificem,ex vno eodemq; auro innu
mutari meras ſine intermiſſione formantẽ figuras:modo Pyramidis,& ex ea mox octa
ſed figu- hedri:dictoq; citius icoſahedri:& item cubi ſpecies cæteras: ideſt triangulorum
ras. quadratorum hemicycli circuli. Tunc ſi quis electa qualibet figura quęrat quid
illud ſit:aurum eſſe reſponderi oportere cenſet:ne ſi Pyramidem eſſe reſponſum
ſit , illa in aliam figuram mox & inter ipſa verba reſponſionis migrante , qui ſic
reſponderit mentiatur.Eodem igitur modo nec ignem qui eſt Pyramoides,ignẽ
eſſe reſpondebimus:ſed vel ignitam ſyluæ partem, vel igneam qualitatem , nec
octahedrum ſpirabilem ſyluam,nec icoſahedrum,nec cubum,ſed humectã hãc,
terrenam illã ſyluę ſoliditatem.Nec vero putandum eſt agere nunc Platonem
de nominum proprietate:quin potius dare operam vt aſſueſcamus ſyncerã ſyl-
uam quæ cõcurſu variorum corporum tegitur,ab eorũdem corporũ permixtio
ne ſollertia mentis diſtinguere. Ait enim .Eadem & conſimilis ratio difficultaſ
q; in ea quę cunctas recipit corporum formas reperitur.Hęc quippe minime re
cedit ex conditione propria.Recipit enim cuncta,nec vllam de hiſdem trahit for
Sylua eſt mam.Ergo formata quidem ſunt corpora:ſylua ſine forma.Cũq; intra gremium
ſine for- eius forment̃,inquit,quę recipiũt̃.Cõſequẽter ſupradictis dixit Quę recipiunt̃.
ma. Omnium quippe eam corporum appellauerat receptaculum.Ipſa informis ma-
net, eſtq; vſus eius molli cedentiq; materiæ ſimilis,in qua imprimuntur varia ſi
gnacula.Perſpicuum eſt aliqua eſſe mollia corpora,quæ cedentia variorum ſimu
lacrorum impreſſionibus recepta diu cõſeruent impoſita ſignacula:vt ſi cæram
quis vel plumbum,vel argentum,conſignet vndiq;,erit tunc in ſyluæ vicem cæ-
ra informis,& habebit innumeras formas,non ſuas,ſed aliunde adhibitas ſibi.
Ratione igitur & recte vſui ſyluæ corporeæ quæ conſignata eſt vndiq; corpo-
rum formis,natura mollis cedentiſq; materiæ comparatur.Sed de cæra quidem
Θεαίτητος. etiam in Theæteto locutus eſt,cum diuerſæ hominũ memoriæ tenacioris & labi
Ingenia dæ cauſas exprimeret.Ait eſſe in hominum ingeniis vim quandam cæræ ſimilli-
cærę ſimi mã:quæ faciat & acutos ad intelligendum,& celeres ad ediſcendum , & eoſdem
lia. ſubinde obliuioſos.Item alios quidem tardos ad ediſcendum,verum iugiter me-
mores.Quoſdã ita ingeniatos vt cito diſcãt,& diu memoria vigeãt.Nam quorũ
in animo cæræ illa ſimilitudo quam Homerum dicit cognominaſſe κήρινον flu-
xior ſolutiorq; erit:facile quidem diſcunt,ſed cito amittunt,obſoletis ob nimiam
remiſſionem cæræ ſignaculis. Cõtra ingenii mentiſq; durior cæra vix recipit for
mas quæ imprimuntur:ſed ſi vnq̃ receperit diu conſeruat operoſe impreſſas fi-
guras,vtpote ſtabili materia locatas.Tertia diuinæ felicitatis cõcretio,cũ cęræ ſi
militudo ſic ſolida eſt:vt neq; reſpuat formas,nec renitat̃ aduerſum impreſſionẽ
ſignaculorũ:nec ita fluxa recipiat ſede,vt icertę minimeq; viſibiles ĩpreſſiões ſint.
Sylua im ¶ Nunc quoniam informem eſſe ac ſine qualitate Syluam manifeſtauerat,im-
mobilis. mobilem quoq; curat oſtendere,aſſerens moueri eã cõformariq; ab introeũtibꝰ
multimodis:cũ ipſa ita vt formæ ſic motus quoq; ſit expers,ſed a ſpeciebus for-
mã habẽtibꝰ vel motũ varie diuerſeq; formari.Manet ergo hęc in tali fortuna &
Archety- cõditiõe ſemꝑ.Archetypũ quoq; exẽplũ manet ĩ ſubſtãtia ꝓpria,Idea ſcilicet cu-
porum ſi- iuſq; exiſtẽtis rei natæ:ſimiliter vt Deus opifex ꝑ ęuũ manet. Sed Archetyporũ
mulacra. exemplorum ſimulacra quæ ſyluę obueniũt nõ ꝑmanẽt,nãq; aſſidue ac ſine inter

miſſione mutantur mortis naſcendiq; perpetua ſucceſſione ob inexcuſabilem naturæ cuiuſdam neceſſitatem. Quamobrem dicta eſt a Platone Sylua poſita eſſe ad recipienda rerum ſignacula. Præclare poſita: quia cum ſit natura immobilis, ingredientium formantiumq; eam ſpecierum commeatu mouetur: & eaſdem inuicem mouet ſpecies, vt progrediens docebit. Recte itaq; cum eadem ſit ſemper & immutabilis: Videtur tamen, inquit, ob ſpecierum multiformium cœtum diſpariles induere formas. At vero quæ obueniunt ſyluæ ſpecies, & in ea diſſoluũtur ac pereunt, æternarum atq; immortalium ſpecierum ſimulacra ſunt: earum videlicet quas Ideas vocamus: formãturq; ab hiſdem miro quodam modo, iuxta memorati videlicet exempli conſignationem. Miro autem modo propterea, q̄ difficile atq; inexplicabile eſt mente concipere, quatenus ex Idearum ſynceritate natiuis vera rebus ſimilitudo proueniat: Vtrum perinde vt mollibus materiis ſignacula, ſicut ſupra dictum eſt, an vt cum de exemplo liniamenta in materias tractabiles transferuntur: quod in pictoria & item fictoria fieri videmus.

Quare differt ad præſens tractatum hunc ſuo referuans loco ac tempori: ac diſtinguit intellectum, temperata animi conceptione tali: vt tria genera nobis occurrant. Genera nunc improprie appellans: neq; enim ſylua, nec vero exemplum genera ſunt, ſed vt appellatio generum ſignificet primas ſubſtãtias. Illud quidem inquit quod fit & quod gignitur. generata videlicet ſpecies quę in ſylua ſubſiſtit & ibidem diſſoluit. Item aliud in quo gignitur: in quo eſt ipſa ſylua. In hac quippe ſpecies diſſolubiles ſubſtantiam ſortiuntur. Tertium præterea ex quo ſimilitudinem trahit mutuaturq; quod gignitur, Idea ſcilicet quæ exemplum eſt rerum omnium quas natura progenuit, hoc eſt eorum quę ſyluę quaſi quodam gremio continentur exemplorum imagines eſſe dicuntur. Deinde euidenti quadam comparatione atq; exemplo quæſtionem reuelat. Comparat enim quod percipit in ſe ſpecies, matri, videlicet ſyluæ. Hęc enim recipit a natura proditas ſpecies. Illud vero ex quo ſimilitudo commeat, patri, hoc eſt Ideæ. Huius enim ſimilitudinem memoratæ ſpecies mutuantur. Quod vero ex his duobus eſt, proli generatæ, ſcilicet ſpeciei. Eſt enim hæc poſita inter naturam vere exiſtentem, conſtantem eandemq; ſemper, nimirum Ideam, quę intellectus Dei ęterni eſt æternus: & inter eã naturam quæ eſt quidem, ſed non eadem ſemper, ideſt ſyluam. Quippe hæc natura ſua nihil eſt eorum quæ ſunt, cum ſint æterna. Ergo quod inter has duas naturas poſitum eſt, vere exiſtens non eſt. Cum enim ſit imago vere exiſtentis rei, videtur eſſe aliquatenus. Quia vero nõ perſeuerat patiturq; immutationem ſui: nõ eſt exiſtens vere: vt ſunt exempla. Illa quippe exempla rata & immutabili conſtantia vigent. Erunt igitur tria hęc, quod ſemper eſt, quod ſemper non eſt, deinde q̄d non ſemper eſt. Nec vero moueri quenq̄ oportet, ſi exempla exemplis nõ vſq;quaq; ſimilia videbuntur. Comparatio enim iuxta ſimilitudinem inſtituitur: quæ ſimilitudo parilitatis diſparilitatiſq; concretio eſt. Quare ſi quid in huiuſmodi rebus perfunctoriam ſimilitudinem habere inuenietur: amplecti nos oportet, intellectus manifeſtationiſq; cauſa. Deinde ait fieri non poſſe: vt vna exiſtat facies: quæ omnes rerum omnium formas vultuſq; contineat: variaq; vniuerſi corporis vndiq; ora demonſtret: niſi ſubiecto prius informi aliquo corporum gremio: perinde vt quę in picturis ſubſternitur infectio decolor ad colorum lumina ſubuehenda. Nunc præſtat cauſas cur neceſſe fuerit ſyluam eſſe inopem

Gn̄a tria ſed improprie dicta

Sylua matris, Idea patris rõnẽ habet.

Tria differentia inter ſe.

Comparationis nõ exigit integra ſimilitudo.

Sylua expers qualitatis.

qualitatis . Etenim ſi erit aliquod opus futurum cui nihil deſit ad perfectam atq; integram pulchritudinẽ:prȩditũ eſſe debet exemplũ iuxta quod fit:nec tantũ opifex optimus & præſtantiſſimus:ſed etiã ipa ſylua atq; materies ex qua illud opus fieri neceſſe eſt.Erit porro materia idonea ſi habebit opportunitatem facilitatẽq; formabilẽ:habebit aũt ſi erit pura & qualitate omni carẽs.Quippe ſi habebit ꝓpriam qualitatem,erit impedimento cæteris qualitatibus gemina qualitas.Maxime igitur ſi erunt variæ multipliceſq; inſigniendæ:nec multiplices modo:ſed oẽs etiam formæ ac figuræ.Igitur quia omnis ſylua recipit figuras:omnes quoq; colores & cæteras quotquot ſunt qualitates:nihil autem horũ habet ipſa ex natura ſua:iure eam modo informem,modo minime figuratam,interdum ſine qualitate cognominat . non ꝙ habuerit hæc vnq̃ & amiſerit:ſed vt quæ potuerit habere: vtpote natura prædita ſplendoris atq; ornatus capacitate:quemadmodum appellatur informe ſaxum cui nondum acceſſerit ex artificio forma,formari tamen poſſit. Et concludit,aſſerens omne quod bene atq; affabre recepturum erit formas,informe eſſe debere purumq; ab iis omnibus quȩ erit recepturum.hoc eſt ſine figura & ſine colore,odore etiam & cȩteris quȩ corporis naturam ſequuntur.

Etenim ſi erit,inquit,alicuius eorum quæ in ſe recipit ſimile receptaculum quicquid obueniet diſſimile his quibus ſimile eſt,diſcordabit,opinor,vultu,nullamq; exprimet ſimilitudinem.Quod dicit tale eſt.Si aqua ſit vniuerſæ rei ſylua, ſiue ſubſtantia,vt Thales cenſet,habebit certe qualitates naturæ ſuæ proprias quæ nunq̃ ab ea recedent.Sed ſi neceſſe ſit eam a natura ſua declinare aliquatenus & igneſcere,ſuſcipiet certe rurſum igneas qualitates.Humecta & ignea contrariæ ſibi ſunt . Quippe alterius humor & frigus ꝓpria ſunt,alterius ſiccitas & calor.Hæc igitur,inquit,diuerſa ſibi & repugnantia non patientur alterius ſynceram exprimi qualitatem:cum calor quidem frigus impugnet,ſiccitas demum interimat humorem.Vel vt alio vtamur exemplo,ſi ſit aliquid candidum, vt ψιμμυθιον, deinde oporteat hoc transferri in alium colorem : vel diuerſum:vt ruborem ſiue pallorem:vel contrarium,vt atrum:tunc candor non patietur introeuntes colores ſynceros perſeuerare:ſed permixtiõe ſui faciet interpolatos.Quid igitur ſibi vult,dicet aliquis,iſta diuiſio diuerſorum colorum, & item cõtrariorum?

Colorꝝ cõtrarietas.

Quia contraria ſunt ea quæ a ſe plurimum diſtant,licet ſint generis eiuſdem : vt puta candor,& item nigredo,quorum genus vnum eſt,quod vocatur color.Sed hæc duo plurimum a ſe diſtant.Candido enim minimum diſtat quod dicitur pallidum,aliquanto plus quod appellatur rubrum:hoc amplius cyaneus color:plurimum vero nigredo.Ideoq; candidum & item nigrum non diuerſa ſunt, ſed contraria:quia intercapedo prolixior. Ergo contraria ſeparata quidem a ſeſunt magna quadam ſeparatione:nec tamen aliena ſunt omnino.Facit enim ea veluti cognata & conſanguinea genus ſuum:quod colorem eſſe prædiximus.Natura vero omnino diſtant ea quæ diuerſa dicuntur : vt candor & dulcedo:nigredoq; & odor.Illorum quippe genus color:horum ſuccus & vapor : proptereaq; diuerſis ſenſibus comprehenduntur.Vt igitur ea quæ ſubiacet his omnibus Sylua,poſſit horum facies ſynceras minimeq; interpolatas oſtendere,ipſam neceſſe eſt nullas qualitates habere . Idipſum quod generaliter adſeuerat,nunc ſpecialiter vult probare, poſitis exemplis in vſu frequenti . Vt qui odora pigmenta conficiunt non patiuntur eſſe odoris naturalis ac proprii quod condiunt , quo meracos

Cõtrariorum repugnantia.

ſynceroſq; ſuſcipiat ſuccos odoraminum. Vaſcularii quoq; argẽto informi ſigna
impreſſuri:lęuigant prius ſuperficiem:vt figuræ ſyncerę imprimãtur molli cedẽ
tiq; materiæ.Ita,inquit,illa etiam quæ omnium ſpecierum formas receptura erat
pura & ſine qualitatibus debuit apparari.Factũ vero generatũq; & viſibile aĩal,
vult intelligi ſenſilem mundum:matremq; eius & corporum receptaculum ſyluã
vocat ob rationem ſupradictam:ſed neq; terram hanc,neq; aquam,nec ignem vel
aera recte exiſtimari.Hęc quippe corpora eſſe,ſed eam quæ cuncta hæc ambiat
inuiſibilẽ ſpeciẽ & informẽ eſſe capacitatẽ,mira quadã & incõprehẽſibili ratione
inter nullã & aliquã ſubſtantiam,nec plane ſenſilẽ,nec plane intelligibilem poſitã.
Hæc operoſius in Parmenide,cum quęreret quatenus res exiſtentes Idearũ par-
ticiparent ſimilitudinem.Etenim eſt difficilis conſideratio propter ſyluæ natura-
les tenebras,quippe quæ ſubterfugiat nõ modo ſenſus omnes:ſed etiam rationis
inueſtigationem intellectuſq; indaginem.Siue enim per ſemetipſam & ſine cõſor
tio corporum quæ recipit ſpectare curet:nihil eſſe propemodum videtur:ſed cũ
illis confundetur:nec naturalem oſtendet proprietatem.Eſtq; inter ſenſum & ra-
tionem neq; plane ſenſile quid:nec omnino rationabile:ſed motu animi cõprehen
denda tali,vt qui cõtigerit eam nihil ſentiat:& qui rationẽ eius animo exercuerit
adulterina quadam ratione aſſecutus eſſe videatur.Solum ergo remediũ aſſecu-
tionis id erit,vt putemus ignem eius eſſe partem quæ ignita:aquã vero quæ hu-
mecta eſt,ſimiliter cętera.Quatenus igit̃ iſta natura oĩa decẽ quę ſunt genera cõ Decẽ gñã
plectitur:Eſſentia eſt opinor cũ eam ſpecies cœtu proprio eſſe ac videri aliquid
effecerit,vel hominem , vel equum , vel quid aliud ex animalibus,arboribus,ſtir-
pibus.Qualitas vero cum aliquã percipit qualitatẽ,calefacta vel colorata. Quan-
titas cum corporum eſt augmentis imminutionibuſq; variata . Ad aliquid,cum
erit in aliquo habitu,& cõparatiõe,eminẽtia ſua vel humilitate aduerſum alterius
eminẽtiã æſtimata.Vbi autẽ,cũ determinatur & accipit aliquã figurã . Sic enĩ in
aliquo eſſe loco putatur.Quando,cum circumactio mundi incrementa ei tempo
ris dederit. Poſitio porro,cũ ordinaret̃ inter prima corpora quæ dicunt̃ elemẽta
ratiocinãtibus nobis terrã quidẽ in medietate mundi ſitam:ſummũ autem ignẽ,
alta omnia vndiq; capeſſentem. Habere:vt cum dicimus mũdum non ſolum ani
ma,ſed etiam ratione atq; intelligentia præditum.Facere vero,cũ eadẽ Sylua in-
tra ſe mouet ſpecies.Pati,cum inuicem ipſa ſpeciebus ſe mouẽtibus cõmouetur.

Deinde progreditur.Eſt ne aliquis ignis ſeorſum poſitus & incõmunicabilis.
Nunc iã de his tractare incipit:volens oſtẽdere ꝙ intelligibilis illius ignis,ſenſilis
iſte ignis ſimulacrũ ſit:ſimiliter terra ſenſilis,imago quædam intelligibilis terræ.
Sic etiam cæteræ ſpecies.Quęq; hæc omnia quæ videmus aliarum ſpecierum in-
uiſibilium ſimulacra ſint:illa item horũ inuicẽ exempla.Oportet ergo nos etiã de Exemplar
exemplari breuiter quæ ſunt dicenda diſſerere.Atq; vt de ſylua diximus cum de
ea tractatum haberemus,eſſe eam principaliter ſubiectam rerum naturalium ge
nerationi:ſic etiam de exemplo dicendũ ꝙ ſit ſpecies principalis . Omnis quippe
materia ſylueſtris opifici ſubiacet:vt ęs ſtatuarum artifici:Naupego item ligna. Naupa-
Sed hæc non primitus ſubiacent:quia ſunt aliarum artium inuenta:æs quidem gus.
metallicæ,ligna vero ſectionis,ſiue putationis.His demum ſubeſt terra:terræ itẽ Subie-
ſylua:ſyluæ nihil.Vnde recte principalis ſubiectio eſt cognominata.Eodẽ igitur ctio prin-
modo etiam in exemplo rerum gemina ſpecies conſideratur:illa qua exornata ſyl cipalis.

ua eſt:nihiloqꝫ minus alia ſpecies conſideratur,ad cuius ſimilitudinem illa ſpecies
facta eſt:quæ ſyluæ tributa eſt.Et eſt impoſita quidem ſyluæ ſpecies ſecunda,pri
ma autem illa ad cuius hæc ſecunda ſimilitudinē facta eſt.Sed nimirum fiet hoc
manifeſtius in aliqua ſimilitudine & comparatione conſideratum.Vt enim in ſi-
Iuppiter mulacro capitolini Iouis eſt vna ſpecies eboris:eſt item alia quā Apollonius arti-
Capitoli- fex auxit animo:ad quam directa mentis acie ſpeciem eboris poliebat:harum au-
nus. tem duarum ſpecierum altera erit antiquior:ſic etiam ſpecies quæ ſyluā exorna-
uit ſecundæ dignitatis eſt.Illa vero alia iuxta quā ſecūda ſpecies abſoluta eſt,prin
cipalis eſt ſpecies:de qua ſermo habetur ad præſens.Rurſum ſyluam dicebamus
eſſe inopem qualitatis:dicebamus etiā principalem ſpeciem neqꝫ qualitate prædi
tam,neqꝫ ſine qualitate.Siquidem omne præditum qualitate habeat in ſe qualita
tem neceſſe eſt.At vero primaria ſpecies non eſt particeps qualitatis: deeſt enim
natura,cui qualitas poſſit inſidere. Minime igitur poſita eſt in qualitate. Omnia
Carere. enim carere dicuntur,quæ cum natura talia ſint vt habeant,non habent. Vt igi-
tur non dicimus intrepidum lapidem:quia non eſt natura eius huiuſmodi vt ali-
quid poſſit timere:ſic ne primaria qdē ſpecies qualitate dicet̄ carere:quia & na-
tura eius aliena eſt a qualitate,atqꝫ ipſa aliis cauſa eſt cur prædita ſint qualitate.
Atqꝫ vt aīam neqꝫ animatā dicimꝰ neqꝫ exanimē:animatā qdē ideo,qa aīa aīę p̄ſi-
dio nō eget:exanimē vero,qa ip̄a cauſa eſt cæteris aīalibꝰ vitę:Sic ſyluā quoqꝫ ne
Sylua ſyl qꝫ ſylueſtrem putamus,nec ſylua carere. Sylueſtrem quidem non dicimus , quia
ueſtris nō ſyluę ſylua nō eſt neceſſaria:carere autem ſylua,ideo ꝙ omnia ſylueſtria propter
ē,neqꝫ ſyl hanc ſint materialia.Quæ cum ita ſint, etiam de principali ſpecie perinde ſentie-
ua caret. mus:vt neqꝫ qualitate præditam putemus:nec carentem qualitate.Rurſum ſylua
nō dicebatur formata:ſed nec informis.Formatū enim quidqꝫ compoſitū ſit ne-
ceſſe eſt ex participāte,& ex participabili:vt ſtatua in qua participat quidem æs:
participatur vero impreſſa forma;quæ res eſt ſimplex & incompoſita. Propter-
ea igitur,ſylua negatur eſſe formata,nec vero minime eſt formata.Nam propter
hanc quoqꝫ alia omnia quæ ſunt formata impreſſione vultus ſunt. Eſt igitur prin
cipalis ſpecies,vt cum aliqua dicatur effigie:iuxta nos quidem qui intellectus cō-
potes ſumus primum intelligibile,iuxta Deum vero perfectus intellectus Dei. Iu
xta ſyluam,modus menſuraqꝫ rerum corporearum atqꝫ ſylueſtriū.Iuxta ipſam ve
ro ſpeciem , incorporea ſubſtantia , cauſaqꝫ eorum omnium quæ ex ea ſimilitu-
dinem mutuantur.Iuxta mundum vero,exemplū ſempiternum omnium quæ na
tura progenuit.Atqꝫ vt conceptim dicatur,primaria ſpecies quæ Idea,ideſt ſub-
ſtantia , definitur carens corpore,colore,figura,ſine tactu,intellectu tamen cum
ratione comprehendenda,cauſaqꝫ omnium quæ ex ſe ſimilitudinem mutuantur.

Qꝫ vero hęc ſit ex ęternitate,manifeſtat ip̄e cū dicit.Si itellectꝰ iteqꝫ vera opi
nio duę res ſunt:neceſſe eſt hęc ipſa ꝑ ſemet eē intellectu potiꝰ ꝗ ſenſibꝰ aſſequē
da.Sin vero vt qbuſdā videt̄ , vera opinio ab itellectu nihil differt:oia ꝗ corpore
ſentimꝰ certa habēda ſunt.Sed opinor duo eſſe dicendū.Propterea ꝙ vtraqꝫ ma
gna differētia diſtēt.qppe quorū alterū doctrina nobis inſinuet,alterū ꝑſuaſiōis
aſſumptio.Et alterū qdē ſemꝑ cū rōne vera:porro ſine vlla rōne alterū.Item alte-
rum eorū nulla perſuaſione tranſducibile.Alterum nutās incertūqꝫ ſemper & de-
riuabile.Quid,ꝙ rectæ opinionis oīs hō particeps:intellectus vero Dei proprius
& paucorū admodum lectorū virorum: Quadrifariā diuidit intellectus opinio

niſq; differentiam:cum docet alterum eorum,ideſt intellectum prouenire ex di-
ſciplina,alterum ſola perſuaſione.Deinde cum aſſerit alterum cum ratione vera:
porro alterũ ſine rationis examine.Quid cũ dicit alterũ eorũ nulli perſuaſioni de-
riuabile : & ad poſtremum,alterũ eorum,ideſt opinio,in quẽuis hoiem cadat:in-
tellectus vero Dei ſolius & paucorum admodum ſit examinatorum virorum?
Q; ſi horum tanta eſt differentia:eorum etiam quæ comitantur alterutrum ma
gnam neceſſe eſt eſſe diſtantiã.Sunt porro hæc,intelligibile genus, & item opi-
nabile.Vnde recte pronunciat vnam eſſe ſpeciem per ſemetipſam ſine ortu,ſine
occaſu,neq; quid in ſe recipientem,nec progredientem vſpiam,inuiſibilem,inſen
ſileq;.Intellectus eſt ſpecies,quæ Idea dicitur.Eſt igit exemplũ.Nec vero vt in ſu-
perioribus dubitat:ne forte fruſtra præſumat eſſe intelligibilem ſpeciem,hanc cu
ius ſint imagines ſenſiles,eamq; nihil aliud eſſe q̃ verba . Id tamen ipſum ſyllogi-
ſticis quoq; rationibus explanare non dubitat:quippe cauens ne vel inexaminatũ
quicq̃ relinquat,vel ad prolixum natura ſua tractatum,minime pertinens ad quę
ſtionem verborũ agmen addat,omnem dubitationẽ ſyllogiſticis compendiis di-
rimit ductu & via pergens ad ſyllogiſmũ.Etenim inter intelligentem,& item ve-
re opinantẽ hoc intereſt, ꝙ intelligens fidem rerũ habet rationis indagine cõpre
Intelligẽs
henſã.Confirmata porro ratio fit intellectus,ſcientia eſt eademq; ſapiẽtia.Itaq; in
telligens:vt qui recte ſciat quod intelligit:neq; veriſimilibus perſuaſionibus indu
ctus mutat ſententiã:& poteſt vt ſcius præſtare rationẽ rei comprehenſæ.At ve-
Opinans.
ro qui vere opinatur:vt qui ſola mentis elegãtia nitatur ſine ratione ac diſciplina
neq; rationẽ cur ita opinet pſtare poteſt:& falſis aliquãdo perſuaſionibus captus
mutat ſententiam,nutans & ambiguus:vt quẽ nulla ſtabilis ratio ſuſtentet.Itaq;
Plato ſyllogiſticæ rationis formulam exprimit talem.Si intellectus & vera opinio
Syllogi-ſmi rõ,p-bãs Ideas eſſe.
vna res eſt,oia q̃ corpore ſentim9 certa ſũt:eritq; eorũ idubitabilis veritas.Si aũt
vera opinio minus habet,atq; intellectus:nõ vna atq; eadẽ res eſt:ſed duæ atq; di
uerſę,& erũt alia q̃ ſentiunt,& alia q̃ itelligunt.Si diuerſa ſunt q̃ ſentiũt & q̃ intel
ligũt,ſint intelligibiles ſpecies neceſſe eſt:quæ Ideæ nũcupant.At enim nõ omnia
quæ corpore ſentimus vera & certa ſunt.Sunt igitur Ideæ.Sed opinor explana-
ri dilatariq; oportet quę contracta ſunt anguſtiis ſyllogiſmi.Intellectum appellat
hoc in loco motũ animi comprehendentem. Huic comparat opinionem cum in-
pleriſq; aliis libris,tum euidenter in Politia.Secat enim intellectum quidẽ in duo
hæc,ſcientiam,& recordationem.Opinionem vero in alia totidem,hæc,credulita
tem & æſtimationem.Singulaq; hæc quatuor conuenientibus ſibi rebus accom
modat.Scientiam quidem altis,& ſapientia ſola percipibilibus rebus,cuiuſmodi
Scientia.
ſunt Deus & intellectus eius,quas Ideas vocamus. Recordationẽ vero rebus de
Recor-datio.
liberatiuis : hoc eſt iis quæ præceptis artificialibus & theorematibus percipiun
tur . Credulitatem porro ſenſilibus , ſcilicet quæ oculis,auribus , cæteriſq; ſen-
Creduli-tas.
ſibus comprehendũtur.Aeſtimationem figmẽtis cõmentitiiſq; & imaginariis re
bus,quæ iuxta veros ſimulata vultus,corpora tamen perfecta & viua non ſunt.
Aeſtima-tio.
Quæ cuncta dicit per ſemet eſſe intellectu potius q̃ ſenſibus aſſequenda:qa nihil
ex his quatuor ſub ſenſus noſtros venit:ſed tã ſcientiã q̃ opinionẽ & cæteras mẽ
te diſcernimus.Sin vero, vt quibuſdam videt,inquit,vera opinio ab intellectu ni
hil differt.Merito.Multæ quippe ſectæ ſunt philoſophorũ quas certum eſt initia
rerum putaſſe corpora . Cumq; intelligibile genus , ideſt Ideas , pene ſub oculos

conſtituiſſet,dicens intelligibilem ſpeciem ſemotam a ſenſibus in ſeipſa locatam
ſine ortu,ſine occaſu:quę nec recipiat in ſe quicq̄ aliunde,nec ipſa procedat ad ali
ud quicq̄,inuiſibilem,inſenſibilem,ſoli mentis intuentis intentioni animaduerſio-
niq; perſpicuam:conſequenter addidit.Porro quod ab hoc ſecũdum eſt,natiuum
ſenſile , ſuſtentabile, conſiſtens aliquo in loco:& inde rurſum cum immutatione
atq; interitu recedens:ſenſibus & opinione noſcendum.Quo loco vult intelligi ſe
cundam ſpeciem,quæ naſcitur cum opifex concipit animo futuri operis liniamē
ta,effigieq; intus locata iuxta eandem format qđ aggreſſus eſt.Id ergo conſiſtere
aliquo in loco dicit:& inde rurſum cum immutatione & interitu procedere. Præ
clare.Demolitionem quippe ſtatuę,formę quoq; interitus ſequatur neceſſe eſt: &
item ad alterius ſtatuæ collocationem reuocari,ac redire.Senſibus autem noſcen
dā dicit hanc ſpeciem,qua impreſſę formę operi ſpectantiũ oculis videntur.Opi
nione vero noſcendam:quia mens opificis non deſerto exemplari tranſfert hanc
ſpeciem:ſed ex propria mente hauſtam pro viribus.Tertium genus eſſe dicit lo-
ci.Puto eum dignitatis reſpectu tertium genus dixiſſe ſyluam. Quippe ſecunda
ſpecies,ideſt natiua mutuatur ſubſtantiā de ſpecie principali:quę ſine ortu eſt. Et
æternam cenſet Ideæ nomine.Sylua demum ex natiua ſpecie ſumit ſubſtantiam.
At vero locum vocat eam velut regionem quandam ſuſcipientem ſpecierum in
corporearum intelligibiliũq; ſimulacra.Semper eādem:vel quia ſine generatione
eſt & interitu,vel quia neceſſe eſt eam locũ ſtationemq; eſſe,& velut receptaculũ
corporearũ ſpecierũ:quę ſunt membra mũdi,vt videt̃ prope oībus,indiſſolubilis
& æterni.Ipſa ergo immortalis eſt:ſed his quæ pariuntur in eiuſdem gremio da-
tur ſubſtantia.Deinde progrediens mira quadā conceptione animi dicit ipſam ſi
ne tangentis ſenſu tangi. Quippe omne quod tangitur ſenſile eſt,& ſenſibus ſub
iacet.Quicquid ergo tāgitur,ſenſu ſentiat̃ neceſſe eſt. Quomodo igit̃ poſſumus
dicere tangi aliqd qđ ex natura ſua minime contiguũ eſt?Vide altitudinē pecto
ris:& vt breui elocutiōe ſuſpitionē mētis ſuæ de ſylua reuelauerit.Om̄e certe qđ
alicuius ſimile eſt,ex ſimili ſuo recognoſcit̃. Vt igit̃ certę rei definitęq; certa & de
finita eſt cōprehenſio:ſic incertę minimeq; definitę incerta & indefinita ſuſpitio
ſit neceſſe eſt.Quia igit̃ ſenſus certarũ definitarũq; rerũ ſenſus eſt: quippe haben
tium figuras & qualitates , neceſſe eſt etiā cōprehenſionē earum certā definitāq;
eſſe. Sedenim ſylua indefinita eſt res:vtpote informis,& figura carēs iuxta natu
rā ſuā.Minime igitur cũ ſenſu eius ſit imaginatio:ſine ſenſu igitur.Fit tamen eua
nida quædam eius attrectatio ſine contagio:nec ipſius mage q̄ eorum quæ intra
ipſam ſunt corporum. Quæ cum ſentiuntur:ſuſpitio naſcitur ipſam ſentiri:pro-
pterea ꝙ ex iis ſpeciebus quas recipit: formari cũ ſit informis videt̃. Itaq; ſenſus
quidē ſpecierũ in ſylua conſtitutarũ clarus eſt:ipſius autem ſyluæ quæ ſpeciebus
ſubiacet obſcurus:& cōſenſus potius q̄ ſenſus eſt.Ergo qa ſylueſtria qdē ſentiun
tur:Sylua vero minime ſentitur natura propria:ſed propter ſylueſtria cum hiſdē
ſentiri putatur:fit huiuſmodi ſenſus incertus. Pręclareq; dictum ſyluam ſine ſen-
ſu tangentium tangi,quia puro ſenſu minime ſentiatur,vt ſi quis dicat, tenebras
quoq; ſine ſenſu videri.Nō enim perinde ſentit viſus hominis tenebras intueri in
tuētis:vt cũ ſolet intueri res coloratas dilucidaſq;:ſed cōtraria paſſiōe & amiſſio
ne atq; indigētia eorũ oīm q̄ oculi vidēt. Sũt eni tenebrę decolores,& ſine claritu
dinis illuſtratiōe.Nec pōt viſus cōphēdere aliquā qualitatē tenebrarum:ſed ſuſpi

cari ꝙ non ſit potius q̃ quid rerum ſit. Nihilq; videns idipſum ſibi videtur vide-
re qđ non videt: & videre ſe aliquid putat, cum nihil videat. Quis enim viſus in-
tenebris? Sed quia natura oculi hęc eſt: vt colores diſcernat: conans opinor diſcer-
nere naturam decolorem, tenebras ſentire ſe ſuſpicatur. Sic igitur etiam ſylua cõ-
tigua quidem eſt, quia contingi putatur: cum ea quę principaliter continguntur
ſub ſenſus veniant: ſed contactus eius prouenit ex accidenti. Verum hoc ipſum
ſine ſenſu: quia ipſa per ſe neq; tactu ſentitur, neq; cęteris ſenſibus. Nec conten-
tus hac tanta diligentia, ſuperaddidit notha & adulterina quadam †ratiocinatio- †ratione
ne ſyluam eſſe dicens opinabilem. Filios omnes naturales eſſe nullus ignorat:
ſed tam græci q̃ nos legitimos & item præſumptos noibus diſcernimus. Legiti-
mos Gręci γνησίους vocant: vt ſine vocalibus quidem per ſe mutæ ſunt: mixtę ve-
ro vocalibus conferunt aliquid, impertiuntq; genuinum ſonum. Oratio tamẽ de
ſylua infinitam eam & incertam eſſe aſſerẽs certa eſt. Recte igitur notha & ſpu-
ria ratiocinatione atq; opinione potius q̃ intellectu certo cõprehendi eam cen-
ſet Plato: vtpote cuius natura rectę rationis & non recti confuſiq; intellectus prę-
ſumatur conſortio. Diuiſa igitur a ſe ſunt tria illa, ſeparatimq; †examinata: & eſt †extermi-
Idea quidẽ intelligibilis ſpecies: vtpote quę puro intellectu cõprę̃hẽdatur: Species nata
vero natiua opinione percipibilis: proptereaq; opinabilis: Sylua porro neq; intel-
ligibile qđ: neq; opinabile: q̃a neq; itellectu neq; ſenſu cõprę̃hẽdatur. Verũ eſt ſuſpi-
cabilis. Suſpicio autẽ ſpuria q̃dã rõ eſt atq; adulterina. Pergit vlteri⁹ inſiſtitq; ꝓ-
bationi †cœptæ perfectius ita dicẽs. Deniq; cum id animo intuemur, patimur qđ †tertię
ſomniantes: putamus enim neceſſe eſſe: vt omne qđ eſt, in aliquo ſit loco poſitũ:
regionẽq; obtineat vllam. Incertam & caligantem animi noſtri intentionem cũ
ſylųę naturã cõſyderamus, vanis ſomniis comparat: & opinioni quæ ex ſenſibus
naſcitur. Etenim cum corpus aliquod videmus aut tangimus, neceſſe eſt id a no-
bis ſentiri cum locis ſuis & regiõibus. Neq; enim ſine loco nec vero ſine ſede ſen-
tiri corpus vllum poteſt. Dicit ergo nos hac opinionis percelebratę conſuetudi-
ne ita eſſe imbutos: vt cũ res intelligibiles cõtemplamur animo, putemus eas cõ-
ſiſtere aliquo in loco vllamve regionem obtinere, perinde vt mũdi corpus, quod
ſitum eſt loco quem cõplet mundana moles, habẽs etiam regionẽ quæ perceptis
corporum formis exornata eſt, videlicet ſyluam. Cuius partes ex quibus cõſtat
quia diuiſas locis ac regionibus conſideramus, putamus omnia quę ſunt, eodem
modo conſiſtere in locis ac regionibus certis. Deniq; ſi quis dicat eſſe ſubſtan-
tiam ſine ſede ac loco, quæ neq; in terra neq; in cœlo ſit, portento ſimilia dici pu-
tamus: & res vana mentis opinione conceptas. Iãdudum quippe & ab ineunte
ętate prę̨iudicauim⁹ omne quod ſit, corpus eſſe: nec quicq̃ eſſe qđ ſubſtãtia ſen-
ſili careat, cognitoribus & velut aſſertoribus corporum credẽtes ſenſibus. Et cõ-
cludit. Ob quã deprauationẽ itemq; alias conſanguineas ne in reputatiõe quidẽ
& conſideratione vere exiſtentis, vereq; peruigilis naturę mente conſiſtimus ꝓ-
pter huiuſmodi ſomnia. Exſomnem, peruigilemq; naturam nũcupat intelligibile
atq; incorporeum genus qđ ſemper idem eſt, principaliterq; ſubſiſtit: ſine ortu,
ſine occaſu, minime mutabile, nullam habens cum ſenſibus ſocietatem, pura men-
te percipibile: Deum videlicet, & cogitatiões eius intelligibiles atq; incorporeas
ſpecies. Has porro eſſe quidã negant: qđ his vſu accidit ex alto & ꝓfundo ſopo-
re. Deniq; ſi quis eos ad contemplationem veram minimeq; ſoporatam excitet

æternarũ & immortaliũ rerũ,indignantur ac moleſte ferũt:ſimiliter vt in Politia
illi dedititii ppetuis abditi tenebris ſpelũcæ dẽſis vmbris opacę.At vero qui ſe a
pfunda imperitia vẽdicãt,laborioſius licet,ex tenebris ad lumẽ emergunt, & ad
ſciẽtię veritatiſq; claritudinẽ aſpirãt.Nec moleſte ferũt excellẽtes i ſtudiis huma
nitatis viros diuidere ac ſeparare ſenſilem intelligibilemq; naturam. Docere etiã
ac demonſtrare q ſint rerum initiũ ſpecies archetypæ, ſiue q exempla genui-
na ſubſtantia ſint prędita.Neq; enim ad cuiuſq̃ alterius rei ſimilitudinem facta
Imagines atq; inſtituta ſunt:quia nihil eſt originibus antiquius. Imagines vero exemplorũ:
quia iuxta exempla ſunt factæ,aliunde oportet ſubſtantiam mutuẽtur: vt forma
Socratis naturalis exiſtens,comparatione imaginis velut archetypa ſpecies eſt.
Imago autẽ ex arte facta,& iuxta archetypam ſpeciem effigiata, niſi habeat ſyl-
†Limũ vel uam,ſi quidem erit pictura,ideſt colores:ſi autem fictura,ideſt †lignum vel æs,cę
ęs terrãq; teręq; huiuſmodi ſupellectiles, carebit certa perfectione.Igitur quia ſenſiles quo-
hmõi ſup q; ſpecies imagines ſunt ſpecierum intelligibilium,ſicut ſępe iam diximus: & ab
pellex intelligibilibus ſubſtantiam trahunt: nec ſubſtantiam modo:ſed etiam ſimilitu-
dinem:opus eſt his opinor ſylua in qua fiant, & ſubſtantiam ſortiantur. Deinde
interponit auctoritatem ſuam dicens. Hęc eſt quidem meę ſententię mens, eſſe
& ante mundi quoq; ſenſilis exornationem fuiſſe tria hęc,exiſtens,locum,genera
tionem.Suam profitetur ſententiam.Merito.Nullus quippe veterum etiam tũc
tria hęc animaduerterat:quippe quorum plęriq; ſola opinati ſunt eſſe ſenſilia: vt
Empedocles,alii ſola intelligibilia,vt Parmenides:Syluã nullus oĩno mente conce
perat:vt ipſe dixit in ſuperioribus.Vult autẽ intelligi exiſtens quidem Ideam ſi-
ue intelligibilem ſpeciem,locum aũt ſyluam,generationẽ vero quãtitates & qua
Exiſtens litates:& cęteras ſenſiles conformationes. Et exiſtẽs quidem quia ſuapte natura
Locus ſit, idemq; aliis quoq; rebus cauſa exiſtendi ſit. Locũ vero propterea q ſylua re-
Gñatio ceptaculũ eſt corporũ & qualitatũ cæterorũq; ſenſiliũ. Generationẽ porro quia
hęc nõ diu perſeuerant in vno ſtatu:ſed alia ex aliis inuicem ſubrogantur. Igitur
generationis inquit nutriculam humectam modo,modo ignitam: terræq; itẽ &
aeris formas ſuſcipientẽ. Generatiõis nutriculam ſyluã ſignificat: quia quicquid
†iconę cæ naſcitur recurſum habet ad materias principales.Materię demũ pricipales †huic
terorũ fe- in acceptum feruntur. Etenim earum omniũ ſylua nutrix,eaſdẽq; geſtat.Hume
runtur. ctatam modo,modo ignitã.Recte.Non enim ipſa ſylua vel humectatur,vel igni
tur, immutationemve patitur vllam.Omnino enim eſt incõmutabilis, nec decli-
nat a natura ſua: ſed vt q̃ recipiat qualitates & quãtitates humoris & itẽ caloris
humectari atq; igniri putatur. Explanat euidẽtius cũ adiungit. Terręq; & item
aeris formas ſuſcipiẽtem, cęteraſq; pediſſequas paſſiones perpetientẽ. Rationa-
biliter.Nõ enĩ tñ ſolẽt hæ qualitates humectari et calefieri:ſed etiã ſiccari et fri-
geſcere:quęq; his ſimilia pueniunt. Cęteras pediſſequas paſſiones perpetiẽtem.
Ideo,quia formantur & figurantur cõuentu formatorum corporum. Nam ipſa
ea natura ſua impatibilis eſt:nec vllam fert perpeſſionem.

Deide ait.Q; tñ priuatim neq; ſimilib9 virib9 neq; exęquatis potẽtiis inſtruatẽ
nihil eſſe eius æquale.Nunc iam veluti ſepatato opifice Deo,ſolã per ſemetipſam
ſyluã intuetur duplici cõſideratione. Vna nõdũ ſuſceptis qualitatib9:altera poſt
qualitates. Et ante cõſortiũ quidẽ qualitatum neq; ſtabat opinor neq; mouebatẽ.
Erat tñ quędã in ea naturalis opportunitas ad mot9 ſtatiõiſq; perceptionẽ. Poſt

qualitatum porro conſortium exornata,& perfectum corpus a Deo facta,motꝰ
ſtationiſq; ſumpſit officia, quibus diuerſis tẽporibus vteretur.Ergo volens mo-
tus eiꝰ pręſtare cauſam,dicit ſyluę primitus corporibꝰ iniectis,& ex ꝑpondera-
tione eorum hinc illinc vergẽtium ſubſtitiſſe motum:ſed incertum adhuc & flu
ctui ſimilem,cum hinc illinc oppreſſa modo, modo ſubleuata ſyluæ imbecillitas
reciprocaret:& iniquus turbulẽtuſq; motus per vniuerſam eius fluctuaret capa-
citatem. Ex quo factum:vt hunc inordinatũ motũ intimam ſylvę propriamq; &
ex natura eius agitationem plęriq; eſſe cẽſerent:qui alienus pulſus eſt:propteraq;
animatam eam vitęq; cõpotẽ arbitrarentur.Motus igitur qui in ea fiebat alienꝰ
erat.Cõfuſio porro motus & inordinatio ſcd̃m naturam ſylvę proueniebat prę-
bentis inſtabilem tremulamq; ſedem:ideo q̧ priuatim neq; ſimilibus viribus ne-
q; exæquatis potentiis inſtructa:nec quicq̃ in ea eſſet ęquale quod iactationem
pręponderationemq; corporum coerceret: ſed vt in ſtagnis cum immobilis eſt
aquę ſuperficies,incidente aliqua grauiore mole,primo naſcitur initium motus,
deinde agitatione facta totius elementi,non ſolum†agmen aquę mouetur:ſed il- †acumen
lud ipſum quod incidit,cauſamq; motus prębuit,viciſſim mouet:ſic ſylua quoq;
ex initio corporum ſumpto motu non ſolũ ipſa omnifariã mouetur: verum ipſa
corpora quæ initium motus ſunt,inuicem pellit.Talem porro motum eius ſigni
ficat non ad aliquem vſum rerum naſcentium fieri:ſed ad ſolam conuerſionẽ cõ-
mutationemq; corporum.Siquidem dicit.Ex quo fluctu turbatas materias in di
uerſa raptari diſcerniq; a ſe.hoc eſt ſeparari.Quo pacto clare demõſtrat non vnã
eſſe in ſylua potentiam opportunitatẽq; formarum recipiendarũ: ſed multifor-
mem. Nam ſi vna eius eſſet potentia: vnum quiddam ſemper eſſet. At nunc cũ
in oẽs qualitates figuraſq; vertat̃, atq; omnia fiat, potẽtias eiꝰ neceſſe eſt oppor
tunitateſq; varię commutatiõis pręnoſci mentibus. Deinde manifeſto exemplo
qđ dicit explanat:cum ſeparat a ſe quatuor materias,ideſt ignem terramq; & cæ
teras,ſeparationis cauſam dicens in fluctu ſylvę atq; agitatione conſiſtere:perin
de vt in frumenti purgatione.Nouimus enim eſſe quędã iandudũ parata(vt ſo-
lent poetę dicere)arma cerealia,quibꝰ ea quę miſta erũt ſecernunt̃:& grana qui Aenei.i.
dẽ ſeorſum motu & agitatione:paleę vero aliorſum ex iactatione: & leuia quidẽ
volitari:grauia vero reſidere.Sic inquit,quatuor quoq; illa prima corpora velut ĩ
Euripo fluctuãte iactant̃:& ad poſtremũ generatim ſecernũtur. Euripũ quidem Euripus
ſyluam cognominãs, ſecretionẽ vero ſedẽ elementi cuiuſq; diuina ꝓuidẽtia ſepa
ratã.Quę ordinatio eſt ſcilicet ne ex diuerſorũ corpoꝝ cohęrẽtia,cõfuſio & inor
dinatio quę ante conſtitutionẽ mũdi fuerat ꝑſeueraret. Hãc ait fortunã mũdi
fuiſſe: prius q̃ exornata ſylua ſplẽdor & pulchritudo ꝓueniret vniuerſitati. Sed
vbi cuncta inquit redigi ad modũ placuit.Dei voluntatẽ ſignificat ꝓuidã:cui cũ
placuiſſet, dicit ignem primo terramq;, & aera atq; aquam, cõtinuaſſe,non talia
vt nunc ſunt,ſed eorum exigua veſtigia.Quippe veſtigium ignis nondum ignis
eſt.Nec vero cęterorum corporum veſtigia ipa corpora ſunt.Veſtigium quippe Veſtigiũ
potentiam rei non rem ſignificat.Multoq; etiam minus corpus ſignificatur veſti
gii noie. Ergo ſylua etiã veſtigium corporis fuit ante mundi exornationem.In eo
inquit ſqualore ac deformitate qui apparet in his quibꝰ diuina deeſt ꝓſpiciẽtia.
Iure meritoq;.Quid enim diuina opera carẽs pulchrum aut venuſtate erit prędi-
tum?Apparatus ille igitur erat etiam tunc elementis confuſis incondite, nõdum

mundus:nec claritudo quæ ex opportunitate prouidę ordinationis acceſſit.Erat igitur ſubiecta ſylua naturali opportunitate ſuſcipiendę pulchritudinis ac venuſtatis.Erãt etiam quatuor corporum potentiæ ſeu veſtigia confuſa adhuc minimeq; ordinata.Hæc igitur cum voluit Deus diſponeus & ordinans immortale hoc ſenſilis mundi animal figuris & qualitatibus conuenuſtauit certis & in ęternum duraturis rationibus.Omnia porro quę fiunt optima diuina mente ac voluntate fieri pręſumere nos iubet: qua præſumptione nihil eſſe verius aſſeuerat. Nunc iam ordinationem geniturамq; eorũ ſingillatim demonſtrari,inquit, conuenit: nouo quidẽ & inuſitato genere demonſtrationis,verum vobis qui omnes eruditiõis ingenuę vias ꝑagraueritis:neq; incognito & ex leui admonitione perſpicuo. Demõſtraturus ratione ſubſtantias quatuor principalium corporũ quæ cenſentur elementa, ordinationem quidem vocat habitum eorũ iuxta ſe cõmunicationẽq;:& quaſi quandam ſocietatem: quæ naſcitur iuxta analogiam, quæ talis eſt.Vt hoc iuxta illud:ſic illud iuxta aliud.Geniturам vero appellat ipſam formam:& effigiem:de quibus ſcd̄m geometricam rationem diſputaturus: quæ ratio minime nutat,ſempq; certas & inexpugnabiles affert ꝓbationes:nouã quidẽ aliis & incognitã dicit eſſe hanc eandẽ rationẽ:ipſis tamen qui oẽs ingenuę eruditionis vias ꝑagrauerint: neq; ignotas & ex leui admonitione perſpicuas. Eteñ qui aderant oẽs erant inſtructi pręcipuis doctrinis, quas ingenuas diſciplinas appellauit:propterea ꝙ a pueris ætas illa iis veluti principiis altioris doctrinę & tanq̃ gradibꝰ imbuebať: geometrica,muſica,arithmetica,aſtronomia.De q̄bus Cebes ꝓnũciauit. Si quidẽ philoſophię cauſa diſcanť:vt ꝑ eas tanq̃ gradibꝰ ad ſummũ culmen philoſophię perueniať, operępreciũ eſſe.Si ſine philoſophia,plenę tamen dignitatis eſſe fundamenta imperfectæ licet eruditionis. Hos igitur tanq̃ exercitatos in geometrica viros admonet,ꝙ ſciebat huiuſmodi queſtiones non niſi geometricis probationibus explicari: ſimul habet exhortationem ſermo ad effectionem inſtitutionis ingenuę.

FINIS Diuinorum plane commentariorum doctiſſimi & diſertiſſimi Chalcidii in Timæum Platonis:ad gemina exemplaria, vtraq; quidem veterrima, ſed nõnihil diſcrepantia,collatorũ. Proinde quoties ambiguum viſum eſt iudicium, alterius lectionem in cõtextu,alterius in margine, vt libera ſit cuiq; electio,repoſuimus.

Sequitur eorum quæ in marginibus per nos adnotata ſunt,index literarius.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Tabula In Timęū Platonis.

ACcidens. fo.xl.
Actus.lv.Actuoſę philoſophię diuiſio. lvi.
Adam & Eua. xl.
Aer.xiii. Aequidialis circ. xxv.
Aeui proprium. xvii.xxxii.bis.
Alcmęus. liii. Alexander. xxvi.
Amor.xlv. Analogia. lxii.
Angeli ſancti. xxxvii.
Angelorum legiones. xliii.
Animęortus.xvi. Ratio. xxxi.
Anima immortalis. xxiii.
Anima incorporea. xxxii.
Animarum genitura. xxxviii.
Anima mundi. xliii.
Animę in optando libertas. xlv.
Animæ circuitus xlvi.
Aię vis p̃cipua, & partes. xlviii.
Aiæ principale in corde. xlviii.
Animę qualis diuiſio. xlix.
Anima ſcd̃m Ariſtotelem. l.
Anima ſcd̃m Platonem. eodem.
Anima eſt om̃i corpore antiqor,
Eſt incorporea & imortalis. l.
Aiæ vires.l. Motus.lv.
Animæ duæ. lv. lxi.bis.
Animæ conſtitutio. lvi.
Animæ mundi duæ. lxi.bis.
Annus. xxxiiii.
Annus perfectus.xxxiiii. xxxix.
Annus Cynicus. xxxvi.
Aplanes. xxxi. xliii.
Appetitus diuiſio. xlvi.
Aqua & aer. xiii.
Aquæ mutationes. lxiiii.
Archetypa ſimulacra. lxv.
Arida terra. lviii.
Ariſtotelem taxat. liiii.
Ars & diſciplina. xliii.
Arterię Caroticæ. xlviii.
Auditus & eius rõ. lvi.
Aurum non mutari. lxv.
Bonum ſummum. xli.
Bona ipſius viſus. lv.
Cerę cõpa rẽ hoim igenia.lxv.
Calliſthenes.liiii.Caput i hoie.li.
Carentia. lix. lx. Carcere. lxvii.
Caſus.xl.&.xliii. Cauſæ. xl.
Cautio nimia. xlv.
Chryſippus. xxxix.
Cynicus annus. xxxvi.
Circuli coeleſtes. xxv.
Circulus ſolis. xxxiii.
Cleanthes. xxxix. Coelũ.xxxix.
Coeli & ira i pricipio Geñ.lviii.
Cognitio vera. xxxii.
Colorum contrarietas. lxvi.
Comparationis non requiri plenam ſimilitudinem lxvi.
Competens. xv.
Compoſitio & ordo. lxii.
Concentus ſtellarum xxxi.
Coniugatio duplex. xxxvi.
Conſideratio lv.&.lvi.
Conſilium xl.
Cõtraria vnius ſunt gñis. lxvi.
Cordis rationẽ ſol habet. xxxii.
Corpus.xviii. Eius fragilitas. xlv. Conſtitutio. xlvi.
Corporum diuiſiones. xlix.
Corporis contiguum,ſolidũ,viſibile,vacuum. lxii.
Corrumpi duplex lix.
Cryſtallus.lxiiii.Crocodili.xlviii
Curſus planetũ. xxv.&.xxxiiii.
Dęmonum pręſtantia. xxxvi.
natura figurę & officia.xxxvii
Dęmones boni, dęmonũ numerus & definitio. fo. eodem.
Dæmon aereus eodem.
Dæmonium Socratis. xlii.
Defectus ſiderum. xxxvi.
Dei magni ad deificatos ſeu deos minores verba. ix.
Delicta an ſint ſpontanea. xli.
Deorum origo. xxxvi.
Deus opifex & pater. xxxviii.
Deus & eius maieſtas. xliii.
Deus origo omniũ. & ꝙ ſit triplex. xliiii.
Dii eſtis & filii altiſſimi. xlviii.
Deus,Exemplum,Sylua. lxii.
Deus eſt extra genus. lxiiii.
Dextera mundi. xxxi.
Diiugiũ aię & corporis. xlv.
Diſciplinę pręcipuę xviii.
Diſſolubile quicquid factũ.xvii.
Diuinatio. xl.xlii.xliiii.
Diuiſio operis huius. xiiii.
Dominatio duplex. lvi.
Dubium xl.
Eclipſis Solis & Lunę. xxix.
Elementorum ꝓprietates. xvi.
Qualitates.lxiii.In ſe inuicem tranſmutationes lxv.
Empedocles. xxxvii.xlviii.
Entelechia. xlix.&.l.
Epicyclus. xxviii.
Eratoſthenes. xxvi.
Erroris planetum cauſæ. xxvii.
Eſſe & non eſſe duplex. lix.
Eſſentia.lix.lxv. Eſſentia triplex. xlix. Duplex. l.
Eſſentiæ nihil cõtrarium. lxv.
Euripus.lxx. Exemplar. lxvii.
Exemplum Deus &c. lxii.
Fatum.xxxviii.xxxix.an fato om̃ia fiant. xli.xlii.xliii.xliiii.
Fato culpam imputantes. xlii.
Fieri duplex.lix. Figura. lxiiii.
Fixę ſtellæ & planetę. xxv.
Forma mundi rotunda. xxiii.
Forma maris xxiiii.
Fortuna xl.
Futura non faciũt ſed annũciãt ſtellæ. xxxvi.
Generatio hominis. xxiii.
Generatio mixta. lvi.
Genius cuiq; proprius. xlii.
Genus hominis xxxvii.
Genera decem. lxvi.lxvii.
Genitorum nihil perfectum.lxi.
Geometria. xviii.
Gomphi.xlvi.bis. Hadir. xxiii.
Harmonia. lxii.
Heraclides de ſolis circ̃lo.xxxiii.
Herophil⁹.liii.Heſiodus. xxxvii.
Hyle & Sylua. lvii.
Hipparchus. xxx.
Hippocrates xlvi.
Homerus fuit Aegypti⁹.xxxvi.
Hoĩs generatio. xxiii. xxxvii.
In feras trãſmutatio. xlv.
Hoĩes in Luna. xlvi.
Hõ mundus breuis. xlvi.
Honor li.
Ideę.lxii. Idea habet rationẽ patris. lxvi.
Ignis locus xxxv.
Igneum quiddam nõ ignis. lxv.
Ingenia cerę ſimilia. lxv.
Initii principalis teſtimonia, & initii ſignificationes. lvii.
Initium ęternum.lxii. Initia rerum.ibidem. Vide Principiũ.
Intellectus lxii.
Ipſe dixit.ſ.Pythagoras. xxxvi.
Ira.xlv. Iuppiter capitolin⁹.lxvii.
Iuſſum.xl.Iuſtitia. lvi.
Lacheſis. xxxviii.
Laio predicta. xxxix.xl.
Lex & legiſlator. xl.xliiii.
Linea. xviii.Linus. xxxvi.
Locus ignis. xxxv.
Luciferi motus xxxiii.

Lunę eclipſis. xxix.&.xxx.
Lunæ curſus. xxxiiii.
Magi qb⁹ appuit ſtella. xxxvi.
Maris forma.xxiiii. Mars.xxix.
Mathematici. xxvi.&.xxix.
Medius & meridionalis circulus. xxv.
Mẽs ſecunda. xliii.xliiii.
Menſis. xxxiiii.
Mercurii motus. xxxiiii.
Moyſes Hebręus. xl.
Motus ordinatus. xxvii.
Motus vnde initiũ.xxiii. Motus ſex.xlvi. Ei⁹ ſpecies octo. lv.
Mundi forma rotunda. xxiiii.
Mundus diſſolubilis eſt. xvii.
Mundi dextera. xxxi.
Mũdi quinq; regiones. xxxvi.
Mũdus vnde,& ꝙ ęternus.lviii.
Muſicæ cognata poetica. liiii.
Muſica diuina. lvi.
Natura bimembris. xviii.
Naupegus. lxvii.
Neceſſariũ.xl.Neceſſitas. xlv.
Numen cuiq; proprium. xlii.
Numeni⁹ Pythagoricus. lx.
Obedientia duplex. lvii.
Obſcuritas orationis Platonicæ vnde naſcatur. lxiiii.
Officia Dęmonum. xxxvii.
Opifex & pater Deus. xxxviii.
Opinio. xxxii. xxxviii.
Oratio & ratio. xxxii.
Ordo. xxv.&.lxii.
Organa viſus. liii.
Origo rerum. lxii.
Orpheus & Muſæus. xxxvi.
Ortus animę. xvii.
Ortus & occaſus ſyderum.xxv.
Parentia duplex. lvi. Pars. xix.
Peccata an ſint ſpontanea. xli.
Perfectus annus. xxxiiii.
Phãtaſia. xl. Pictores. xlii.
Pythagoras & eius auctoritas. xxvi.xxxvi.xxxvii.&.lx.
Planetę & Fixæ.xxv. Eorum ſtatio & regradatio.xxvi.Curſus & ordo.xxv. Motus. xxvii.
Planetes eſt animi motus. xxxi.
Platonicorum errata. xxxvii.
Pœnitudo. xlv. Poetica. xlii.
Poetę inſignes.xxxvi.Poetica eſt muſicæ conſanguinea. liiii.
Portio. xix. Poſſibile. xli.
Principalia homini duo. li.
Principii ſummi teſtimonia.lvii.
Principia rerũ. lix. Vide initiũ.
Proprietates elementorũ. xvii.
Prouidentia. xxxix.xliii. xliiii.
Pſygonia forma. xviii.
Quadratura prima. xix.
Qualitates elementorum. lxiii.
Qualitas & ꝙ immutatur ſine eſſentię iactura. lxv.
Quęſtio & rñſio. xvi.xix.
Rabi Moſſei Aegyptii ꝙ cœli ſint aĩalia,opinio. xxxvii.
Ratio. xxxii.xl.xlvi.lxii.
Regiones quinq; mundi. xxxvi.
Regradatio planetum.xxvi.xxix
Reſolutio.lxii. Reuelatio. liiii.
Rhetoricæ ſpecies. xlix.
Sanguis. xlviii.
Scitum Dei. xxxix.
Senſus vnde & quid. xlv.
Senſus cõis deliberatio. xlviii.
Sermonis lepor. xxxviii.
Septenarius numerus. xix.
Sexuum ratio. xlv.
Signifer circulus. xxv.
Syllogiſmus. lxii.
Sylua q̃ aĩa maligna. xxxvii.
Sylua & hyle.lvii. An ſit corporea & generata.lviii.lix.lx.lxi. lxii.lxiii.lxiiii.per totum.Item lxv.lxvi.&.lxvii.
Sylua ſylueſtris non eſt. lxvii.
Symmachus. lviii.
Symphonia morum. lvi.
Socratis dæmõ.xlii.Numẽ.liiii.
Sol & eclipſis eius. xxix.
Sol cordis rationẽ habet. xxxii.
Solis circulus ſcd̃m Heraclidem qui ſit. xxxiiii.
Somnia de nõ pręuiſis & ꝙ non oĩa a Deo,& quæ ſint a Deo,& quid ſint ſcd̃m Platonẽ: & qd viſum,admonitio &c. liiii.
Sonitus ſtellarũ muſici. xxxi.
Speculi ratio. lii.
Spectaculum. liiii. Spes. xlv.
Species lix.&.lx.
Statio planetum. xxvi. xxix.
Stellæ aĩantes ſunt. xxxvi
Stellæ prenunciant,non faciunt futura. fo.xxxvi.
Stellę q̃ apparuit in ortu Chriſti mirifica ꝓconia. eodem.
Stilbon. xxix.
Styx ꝑ quã Dii iurant. lviii.
Stoici. xlviii.
Stoicorum erratum. lx.
Subſtantia duplex. xviii.bis.
Sũmũ,mediũ,imũ in hoĩe. li.
Superficies. xlviii.
Tẽporis & æui ꝓprium. xvii.
Tempus eſt imago æui, & quæ eius partes. xxxii.
Tẽporis genitura. xxxiii.
Ternarii pręſtantia. xix.
Terra,& an ſit inanis. lviii.
Thales Mileſius. lviii.
Thetis Achillis mater. xl.
Torrens. xlvi.
Trium differentia. lxvi.
Vacuum corporis. lxii.
Veſta. xxxv.&.xliiii.
Veſtigium. lxx.
Videndi ratio. li. lii.liii.
Videntes duplicia. lii.
Virtus eſt libera. xl.
Vis lxiiii.
Viſus organa. liii.
Viſum.liii. Viſus forma. lvi.
Viſus intra ſpeculum aut ſtagnum factus. lv.
Viſus bona ſeu cõmoda. lv.
Viſus eſt Deus. lvi.
Viria nobis innata xlv.
Vox vnde. xlviii. quid. liiii.
Vox Socrati familiaris. liiii.
Vulgi circa ſummum bonũ errores. xli.
Zodiacus circulus. xxv.

FINIS Tabellę ſeu Indicis adnotatorum in Cõmentariis Chalcidii in Timęũ Platonis, atq; ita totius operis: in chalcographia Aſcẽſiana ad quintũ Calẽdas Iulias. M.D.XX.

Cum gratia & priuilegio in triennium.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE